

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**In. Epistolas M. Tullii Ciceronis Qvae Familiares Vocantvr
Paulli Manutii Commentarius**

Manuzio, Paolo

Venetiis, 1579

Argumentum ep. I. lib. IV.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-764133](#)



IN . EPISTOLARVM
M . TVLLII . CICERONIS
QVAE
FAMILIARES
VOCANTVR

LIBRVM . QVARTVM
AD . SVLPICIVM . ET . ALIOS

PAVL LI . MANVTII
COMMENTARIUS



Argumentum ep . I . lib . IV .

SATIS patebit huius epistolae argumentum , si lector sciat scriptam esse , cum Caesar , pulso ex Italia Pompeio , bellum contra legatos eius in Hispaniam pararet , L : Lentulo , C. Marcello cos. ante mensem Maium , quod sequenti cognoscitur epistola . Respondet Sulpicio congressum petenti : in quo suam uoluntatem cum eius uoluntate consentire demonstrat , sed eam esse rationem temporum , ut remedium extinctae reip. nullum afferre possint . Negotiale argumentum : moralia quaedam interiecta , ut de Sulpicii laude , de utriusque in patriam studio , de dolore ex amissa reip. salute :

M . Cicero S . D : Ser . Sulpicio . I .

TREBATICVS , familiaris
meus , ad me scripsit , te ex se quae-
fuisse quibus in locis essem ; mole-
stiaeque ferre , quod me , propter uale-
dinem tuam , cū ad urbem accessif-
sem , non uidisses ; & hoc tempore
uelle te necum , si proprius accessif-
sem , de officio utriusque nostrum communicare . Utinam ,

Serui , saluis rebus (sic enim est dicendum) colloqui po-
tuissestus inter nos : profecto aliquid opis occidenti reip.
tulissestus . cognoram enim iam absens , te haec mala
multo ante prouidentem , defensorem pacis & in con-
sulatu tuo , & post consularum fuisse . ego autem cum con-
silium tuum probarem , & idem ipse sentirem , nihil pro-
ficiabam . sero enim ueneram : solus eram : ruditus esse ui-
debar in causa : incideram in hominum pugnandi cupi-
T 2 dorum

dorum insanias . nunc, quoniam nihil iam uidemur posse
opitulari reip. si quid est, in quo nobis met ipsi consulere
possimus, non ut aliquid ex pristino statu nostro retineam-
us, sed ut quam honestissime lugeamus; nemo est om-
nium, quicum potius mibi, quam tecum, communican-
dum putem. nec enim clarissimorum virorum, quorum
similes esse debemus, exempla, neque doctrinorum, quos
semper coluisti, praecpta fugiunt. Atque ipse antea
ad te scripsi, te frustra in senatum, siue potius in con-
uentum senatorum esse uenitum, n*il* ueritus essem, ne
eius animum offendarem, qui a me, ut te imitarer, pete-
bat. cui quidem ego, cum me rogaret ut adesse in sena-
tu, eadem omnia, quae a te de pace, & de Hispaniis dicta
sunt, ostendi me esse dicturum. Rem uides, quo modo se
habeat; orbem terrarum, imperiis distributis, ardore
bello; urbem sine legibus, sine iure, sine fide,
relicet am direptioni, & incendijs. itaque mibi uenire in
mentem nihil potest, non modo quod sperem, sed uix iam
quod audeam optare. sin autem tibi, homini prudentissi-
mo, uidetur utile esse, nos colloqui: quamquam longius
etiam cogitabam ab urbe discedere, cuius iam erat
nomen inuitus audio; tamen proprius accedam. Treba-
tioq. mandauit, ut, si quid tu eum uelles ad me mittere,
ne recusaret: idq. ut facias, uelim: aut, si quem tuorum
fidelium uoles, ad me mittas; ne aut tibi exire ex urbe
necessè sit, aut mihi accedere. ego tibi tantum tribuo,
quantum mibi fortasse arrogo: ut exploratum habeam,
quidquid nos communi sententia statuerimus, id omnes
homines probatueros. Vale.

EXPLANATIO



TREBATICVS, } iurisconsultus, ad quem misit Topicorum libros. fuit in Gallia
cum Caesare ante bellum ciuile, commendatus a Cicerone diligenter. ep. 5. lib. vii.
FAMILIARIS meus, } & quidem cum eo saepe familiariter iocatur in ep. lib. vii.
ACCESSIONE, } reversus e Cilicia. nam, triumphi spe, urbem ingressus non
est. dicebant ueteres, Ad urbem accedere, & Ad urbem esse, de ijs, qui extra pome-
rium, triumphandi spe, morabantur. PROPIUS } urbem. DE OFFICIO
utriusque nostrum, } quid nos, exerto ciuili bello, deceat agere. Licebat autem per
Caesarem, neutram partem sequi, & uel in urbe, uel, ubi quisque uellet, longe ab armis tutam ac quietam
uitam ducere. id Pompeius non concedebat, qui discedens ab urbe dixerat, hostium se loco habiturum,
qui suis in praesidijs non fuisset. tueri autem rem. Pompeius uidebatur, quia consules, omnesq. fere ma-
gistratus secum haberet: sed Caesaris castra firmiora: itaque bonos ac sapientes ciues, quo in numero &
fuit, & habitus est Sulpicius, iure sollicitabat officij deliberatio. SALVIS. REBUS, } salua, inco-
lumi, stante rep. eodem modo locutus est, cum de re priuata loqueretur, ep. 30. lib. vii. SIC. ENIM
est dicendum, } nunc enim perdita res sunt, afficta rep. OCCIDENTI } eadem translatione, Re-
uiuiscentis reip. dixit ep. 4. ABSENС, } cum eset in prouincia. DEFENSOREM pacis } nam,
cum M. Marcellus consul, & prouincijs Gallias ante legitimum tempus, & priuilegium Caesaris, quod ei
populus concesserat, ut absens cōsulatum petere posset, tripare conaretur; Sulpicius collega restituit; quod
iniquum putaret ea rescindi, quae populus iusserat; eamq. fore ciuilis belli caussam intelligeret. Suetonius.
IN. CONSULATV, } consule Sulpicio in prouinciam Cicero profectus est. ep. 3. lib. iii. POST
consulatum } cum C. Marcellus, M. Marcelli frater patruelis, consul eadem in Caesarem tentauit: ut scri-
psit Suetonius. is enim consulatum ex Marci fratri auctoritate gesit: ut legitur in ep. 9. cui successit L.
Lentulus, & ipse Caesaris cauiae acerrimus aduersarius. VENERAM: } ex prouincia. uenit autem pri-
die non. Ian. L. Lentulo, C. Marcello cos. absuit igitur toto anno, quo C. Marcellus, Marci frater, cum L.
Paullo consul fuit. SOLVS eram: } cum dixerit, suam, & Sulpicij sententiam de rep. candem fuisse;
solus non fuit. quare Solus, accipio, id est cum paucissimis RUDIS: } quattuor cauas colligit, cur pa-
cem suadens nihil proficeret: primum, quod sero uenerit, ita iam aucta discordia, ut sedari uix posset: de-
inde, quod optimae sententiae socios non habuerit: tum, quia parum auctoritate ualuerit, quod in publica
causa, cum sero uenisset, rudis esse uideretur: postremo, quod in homines pugnandi cupidos inciderit. si-
gnificat autem maxime L. Lentulum consulem, Domitium Ahenobarbum, Scipionem Pompeij sacerdotem:
quos etiam tacite carpit ep. 14. & lib. vi. ep. 21. lib. ix. ep. 6. lib. xvi. ep. 10. & ad Att. ep. xi. lib. ixx. NI-
HIL } cum iam occiderit resp. quod proxime dixit. QUAM HONESTISSIME } ut in his mis-
erijs, quam licet honeste uitam traducamus. NEC enim } caussam affert, cur nemo fit, quicum fibo po-
tius, quam cum Sulpicio, communicandum putet. Nostri, inquit, egregie, quid clarissimi viri fecerint, quid
doctissimi faciendum praeciperint. itaque, quid nobis quoque faciendum sit, optime iudicabis. CLARISSIMORVM } Clarissimos, & doctissimos, quia tum a rebus, tum a libris petitur prudentia.
Quos semper coluisti, } quorum libros diligentissime legisti. sic enim interpretor. aut, si quis hoc ad
homines ipsos potius, quibus ob doctrinac praestantiam Sulpicius honorem semper habuerit, referre ma-
lit; ualde non contenderim: modo illud, Praecepta, sic accipiatur, non quae e sermonibus uiuentium, sed
quae ex doctrinorum libris accepta sint. TEFVSTR in senatum, } aperire incipit sententiam
suam, quam paulo post clarius etiam ostendit, cum ait, urbem esse sine legibus, iudicijs, iure, fide. ut in ea
bonis, ac sapientibus ciuibus, quales Cicero, & Sulpicius habiti sunt, uix iam honestum esse domicilium ui-
deretur. CONVENTVM senatorum } nam senatus appellari non debet, in quo nec senatores multi,
nec eorum libera, metuq. soluta uoluntas est. non enim decerni quidquam potest, quod ei displiceat, cuius
arina dominantur, erat urbs hoc tempore, ac tota iam Italia in Caesaris potestate, Pompeo in Graeciam,
cum

cum utroque consule, ac maiore parte magistratum profecto. **EIVS** { Caesaris. **Vt . te imitarer,**
 ut irem in senatum. id enim Caesar cupiebat: ne, absente Pompeio, simul abesse resp. uidetur. locutus
 autem erat Sulpicius in senatu de pace, & de Hispanijs: quod proxime subiungitur: contra quam Caesar
 uolebat. itaque hoc, Vt re imitarer, interpretor, ut iret quidem Cicero in senatum, non tamen ut eadem,
 quae Sulpicius, de pace, & de Hispanijs diceret. **Quae** cum Cicero se dicturum ostendisset, ego uero, in-
 quiruit Caesar, ista dici nolo. ep. 17. lib. ix. ad Att. Iuisse autem Sulpicius hoc tempore in senatum, ostendit
 ep. 3. lib. x. ad Att. in qua sunt haec: Facile patior, quod scribit, secum Tullum, & Scruium questos esse,
 quia non idem quoque sibi, quod mihi, remisisset. homines ridiculos; qui, cū filios miserent ad Cn. Pompei
 circumcidendum, ipsi in senatum uenire dubitarent. **CVM . M E rogaret } Formijs:** quod ex
 ep. 17. & 18. lib. ix. ad Att. intelligitur. **D E PACE,** } ut ageretur de concordia Caesaris, &
 Pompeij. **D E HISPANIIS }** senatu non placere, Caesarem in Hispanias contra Pompeij
 legatos proficisci. **O STENDI me esse dicturum.** } ep. 1. lib. x. ad Atticum: Quid essem de pa-
 ce dicturus, dixi; ipse ualde repudiauit. **DICTA sunt,** } in senatu, artequam Caesar iret in
 Hispanias. **R E M VIDES,** quo modo se habeat; } perditum recip. statum demonstrat, ut confir-
 met quod dixit, nihil iam esse, licet colloquuntur, in quo recip. optulari possint. Notandus Latini
 sermonis usus. **R E M uides,** quomodo se habeat: pro, uides, quo modo se res habeat: ut apud
 Coelium, ep. 8. lib. ix. Nostri Marcellum, quam tardus. & ad Att. ep. 21. lib. xiv. Nostri uirum,
 quam tectus. Sic Terentius in Ad. Illum, ut uiuat, optant. & Plautus in Aul. Tu me, & ego te, qualis sim,
 scio. & Caesar lib. 1. bel. Gal. Rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timebant. **O R-
 B E M terrarum,** } Orbem terrae, ep. 7. lib. v. Orbem simpliciter, lib. 2. de rep. apud Lactantium: quod
 poetis usitatus. **I M P E R I I S distributis,** } cum Italiam, & Gallias Caesar, Hispanias, Graciam,
 & reliquas populi Romani prouincias Pompeius teneat. **A R D E R E bello;** } apta translatio: quia nec
 incendio quidquam citius consumit, nec igni quidquam bello similius: aeque enim prosternit, ac delet,
 quaecumque inuaserit. ad Att. ep. 5. lib. vi. Cum arderet Syria bello. In Oratore: Ex omnibus terris una
 Gallia communis non ardet incendio. **S I N E legibus,** } quarum uocem quis in armorum strepitu exau-
 diat? **I U D I C I S,** } bello intermissis, fuga magistratum. nec uero iudicijs locus esse potest, cum
 sublatae leges sint. **I U R E,** } non modo iudicia, sed omnino ius uniuersum iacet. legum enim, & in-
 diciorum exitium sequitur iuris euersio. **F I D E,** } pertinet, opinor, hoc ad creditas pecunias: qua-
 rum in solutione, nisi iudicia fiant, debitores fidem non praefstant. pro lege Manilia, Scimus, inquit, Ro-
 mane solutione impedita, fidem concidisse. & Caesar lib. 111. de bel. ci. Cum fides tota Italia esset angustior,
 neque creditae pecuniae soluerentur. **R E L I C T A M direptioni, & incendijs.** } Pompeij, & consulum
 fuga. nam cum Caesar primum Pisaurum, Fanum, Anconam, deinde Iguium, Auximum occupasset,
 tantus repetente, his uerbis auditis, in urbe terror inuasit, ut, cum Lentulus consul ad aperiendum aer-
 rium uenisset, ad pecuniam Pompeio ex S. C. proferendam, protinus, aperto sanctiore aerario, profuge-
 ret. Caesar enim aduentare, iam iamq. adesse eius equites fallo nunciabantur. hunc Marcellus collega, &
 plerique magistratus consecuti sunt. Cn. Pompeius, pridie eius diei ex urbe profectus, iter ad legiones
 habebat, &c. Hoc ipse Caesar scripsit lib. 1. bell. ci. Dio lib. xli. & Cicero ipse ad Tironem, ep. xi. lib. xvi.
 Patriam ipsam uel diripiendam, uel inflammandam reliquimus. & ep. 2. lib. ix. ad Att. Non expulsi, sed
 euocati e patria; quam non seruandam ad redditum nostrorum, sed diripiendam, inflammandamq. reli-
 quimus. **A V D E A M** } eo redacta res est, ut nec optare quidquam audeam: cum tamen optare multa,
 uel sine spe, soleamus. unde illud lib. 1. de Orat. Insperanti mihi, sed ualde optanti, cecidit, ut in istum
 sermonem delabermur. **S I N** } saepius, antecedente Si usurpatur: interdum tamen simpliciter, ut lib. 1.
 de Orat. Plerique ad honores adipiscendos, & ad rem. gerendam nudi uenient, atque inermes, nulla co-
 gnitione rerum, nulla scientia ornati: si aliquis excellit unus e multis, effert se. **H O M I N I prudentissimo,** } eidem in epistola sequenti summam tribuit sapientiam, in tertia prope singularem. **C O L L O-
 Q Y I :** } de officio utriusque nostrum. quod Trebatius scripsit. **L O N G I V S** } Formijs enim, aut
 prope, fuit initio belli ciuilis. ep. 10. lib. xvi. Italiae regiones descriptae sunt, quam quisque partem tue-
 retur. nos Capuum sumpsimus. Et ep. xii. Ego adhuc orae maritimae praesum a Formijs. Et ad Att. ep. xi.
 lib. vii. **I N V I T V S** } quia relicta sit direptioni, & incendijs, & quia non leges in ea, non iudicia,
 non ius, non fides ulla sit. ep. 30. lib. vii. Cupio aliquo peruenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec fa-
 eta audiam. **S I . Q Y I D** } si quam ob rem. **E X I R E ex urbe** } ut colloquamur. **F O R T A S-
 S E arrogo:** } fortasse enim mihi aspensor, cum mihi tantundem, quantum tibi, tribuo. Arrogare di-
 cimur nobis ea, quae nostra non sunt. **S T A T V E R I M V S,** } ut nobis metipis consulamus: quoniam
 nihil iam uidemur optulari posse recip.

Argumentum ep. 2.

R Elict a urbe a Pompeio, occupata iam a Caesare Italia, quaesierat a
 Cicerone per litteras Sulpicius, quid agendum censeret in tanta rerum
 omnium

omnium perturbatione. Modeste Cicero respondet cum Sulpicij laude; explicatq. sententiam suam, hoc modo: si recta quaerantur, satis patere, quid agendum sit; si utilia, non item. nam, cum rectum uideretur, pro communi libertate contra Caesarem arma capere; tamen id quam expediret, obscurum erat: cum Caesaris causa firmior, Pompeij esset honestior. Concludit, esse longius ab urbe discedendum, in quamanere uel turpe sit, si probentur ea, quae sunt; uel, si non probentur, periculose: ac sibi captum iam consilium esse de itione ad Pompeium ostendit. Eodem anno.

Cicero S. D. Sulpicio. 2.

AD 111. Kal. Maias, cum essem in Cumano, accepi tuas litteras: quibus ledis, cognoui non satis prudenter fecisse Philotimum; qui, cum abs te manda: a haberet, ut scribis, de omnibus rebus ipse ad me non uenisset, litteras tuas misser: quas intellexi breuiores suis se, quod eum perlaturum putasses. sed tamen, postquam litteras tuas legi, Postumia tua me conuenit, & Servius noster. his placuit, ut tu in Cumano uenires: quod etiam mecum, ut ad te scriberem, e gerunt. Quod meum consilium exquiris: id est tale, ut capere facilius ipse possim, quam alteri dare. quid enim est, quod audeam suadere tibi, homini summa auctoritate, summaq. prudentia? si, quid rectissimum sit, quaerimus: perspicuum est. si, quid maxime expedit: obscurum. si iij sumus, qui profecto esse debemus, ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum, honestumq. sit: non potest esse dubium, quid faciendum nobis sit. Quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua: certe, similis in utroque nostrum, cum optime sentiremus, error fuit. nam omnia utrinque consilia ad concordiam spectauerunt. qua cum ipsi Caesar nihil esset utilius; gratiam quoque nos inire ab eo, defendenda pace, arbitrabamur. quantum nos se-fellerit, & quam in locum res deducastis, uidetis neque solum ea perspicis, quae geruntur, quaeq. iam gesta sum, sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ergo aut probare oportet ea, quae sunt & aut interesse, etiam si non probes. quorum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio uidetur. Restat, ut discedendum puto: in quo reliqua uidetur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quae loca sequamur. omnino cum minor res numquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. nihil enim constitui potest, quod non incuriat in magnam aliquam difficultatem. Tu, si uidebitur, ita censeo facias: ut, si habet iam statutum, quid tibi agendum putas, in quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris; si autem est, quod mecum communicare uelis, ego te expectabo. tu, quod tuo commodo fiat, quamprimum uelim uenias; sicut intellexi & Servio, & Postumiae placere. Vale.

EXPLANATIO

PHILOTIMVS; libertum Terentiae Ciceronis. ep. 3. lib. IIX. ep. 18. lib. XIV. & ad Att. ep. 5. lib. VI. POSTVMIA; uxor Sulpicij, de qua Suetonius in Iulio sic: Pronum, & sumptuosum in libidines fuisse constans opinio est, plurimasq. & illustres feminas corrupisse, in quibus Postumiam Scr. Sulpicij, Lolliam A. Gabinij, Tertullam M. Crassi, Cn. Pompeij Muciam. Hoc nomen cum origineminde duxerit, quod, qui post humatem parentum nascerentur, Postumij dicebantur, tamen in antiquis nummis, & lapidibus Capitolini sine aspirandi nota scriptum est. SERVIVS; Sulpicij filius, patris praenomine; quo appellabantur filii primo loco nati. Hic Sulpicij filius ad obsidendum Brundisij Cn. Pompeium iuerat. ep. ultima lib. IX. ad Att. & 3. & 12. lib. X. ad eundem. IN CVMANVM; quo posset cum Cicerone colloqui. ep. 8. lib. X. ad Att. Seruum, inquit, exspecto: rogor enim ab eius uxore, & filio. M E V M consilium; quid tibi agendum sit. AVCTORITATE; ob honores magna cum laude administratos, gesserat autem Sulpicius biennio ante cum M. Marcelllo consulatum. QVID rectissimum sit, eadem sententia ep. 19. lib. v. ijsdem fere uerbis: Quid rectum sit, appetat; quid expedit, obscurum est. NON POTEST esse dubium, in ep. 19. lib. v. dixit, Dubitare non possumus. ostendit eundum ad Pompeium, etiam si non expedire uideatur. MEA causam; ut idem ab utroque capi consilium oporteat, nam, Coniuncta mea causa cum tua est, ualeat, eodem in statu sumus, eadem ratio est, pertinet idem ad utrumque nostrum. Contrarium est illud ep. 9. lib. 1. Mea ratio fuit alia. NIHIL esset utilius; ut quidem ipse Cicero putabat, cui, quod honestum, id unum utile uidebatur. Caesar autem nihil melius, quam regnare existimabat: itaque uersus illos Euripidis de Phoenissis in ore habere solitus est,

*Επειγ γαρ αδικεῖ χρῆν, τυραννίδος πέρι
Κάλπον αδικεῖγ. τ' ἄλλα δ' οὐτε εἴσαρχεών.*

quos Cicero ita uerit lib. III. Off.

Nam, si uiolandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

DEFEN-

DEFENDENDA pace, } genus loquendi, pro, si pacem defenderemus: ut in prooemio lib. I. Off
Orationem Latinam, legendis nostris, efficies pleniorem: pro, si nostra leges. N o s fefellerit, } non
Caesar, sed id, quod arbitramur. dicimus enim simpliciter interdum, Non me fallit. Fefellit autem in eo
Ciceronem opinio, quod Caesar, cum ei nihil esset utilius concordia, rem tamen ad arma deducere ma-
luerat. G E R V N T V R, } a Caesare in Hispania contra Pompeij legatos. pulso enim Italia Pompeo, ad
urbem Caesar excurrit, inde in Hispaniam. Quo autem tempore cum Sulpicio collocutus est Cicero, bel-
lum in Hispania gerebatur. id cognoscitur ex ep. XI. 12, lib. x. ad Att. G E S T A sunt, } cum Pompe-
ius eiectus Italia sit, Caesar urbe, & Italia sit potius. C V R S V S rerum, } ut enim adhuc, ita dein-
ceps armis agentur omnia. Q V I exitus } perspicis exitum fore uel Caesaris, uel Pompeij tyrannidem.
ep. XI. lib. IX. ad Att. Vtque regnare uult, & alibi saepe. E R G O } cum uideas, quem in locum res
deducta sit; sequitur, ut, in urbe si manserimus, uel probare ea, quae fient, quod turpe est, uel saltem in-
teresse cogamur, etiam si non probemus; quod periculorum erit. Q V O R V M altera } sic in decem
antiquis libris: in duobus, Quarum. antiquitatem magis redolet, Quorum: & uereor, ne quis ob uer-
bum, Altera, scribendum putauerit, Quarum. R E S T A T, } cum uideas, probare, turpe esse; inter-
esse, etiam si non probes, periculorum; restat, ut discedendum putemus. Q V O D consilium } de di-
scensu dubitandum non est: restat deliberatio, quid consilij discedentes capiamus, maxime quidem, quo
nos conferre debeamus. N V M Q V A M } quia salutis publicae spes nulla supereft. N O N . S I T
coniunctum } satis plane significat, si uelit Sulpicius ad Pompeium transire, colloquendum esse: aliqui
non oportere: sibi enim captum iam esse consilium. id cognoscitur ex ep. IO. lib. x. ad Att. Seruum, in-
quit, exspecto, nec ab eo quidquam vixi. Cum in eadem paullo ante scriperit, se de Hispania cogitare.
E X S P E C T A B O. } & hoc uerbo captum sibi de discessu consilium ostendit. Q V O D tuo commodo
fiat, } de hoc loquendi genere dictum est ep. I. lib. I. S E R V I O, & Postumiae } ep. 8. lib. x. ad
Att. Hic ego Seruum exspecto: rogor enim ab eius uxore, & filio.

Argumentum ep. 3.

S Vlpicum, Achaiae, post uictum in Pharsalia Pompeium, a Caesare
praepositum, consolatur in dolore, quem ex reip. calamitate capiebat.
Quid autem ad consolandum ualet? primum illud, cum ostendimus, com-
munem fortunam esse, nec decere eum, qui praecipuis non affligatur incom-
modis, praecipuo dolore angi. Alterum est, cum in alienis malis nostra bo-
na recordamur; idest, cum ea, quae, uitandi communis exitij gratia, re-
ste, ac sapienter acta, dicta, cogitata sint a nobis, animo, ac mente con-
templamur. nam ad leuandas miserias magnam habet uim bene actae ui-
tae conscientia. Tertio loco. si minuit sollicitudinem ipsa per se consci-
entia; quanto magis, cum ad eam accedit hominum opinio, qui nihil a nobis
non sancte, nihil imprudenter, aut indecorum actum existiment? atque haec
ratio, a generali quodam iudicio ducta, tum est firmior, si ad clarorum ui-
rorum exempla configimus: ideo Caesarem quoque ipsum idem, quod cete-
ros omnes, de Sulpicio iudicare dixit. Quid, cum illud adiungimus, in eo
ipso, quod, quasi malum sit, grauiter dolemus, aliquid inesse, cur dolen-
dum omnino non sit? facit hoc Cicero, cum ait: Quod autem a tuis abes.
Lenitur etiam studio litterarum, praesertim philosophiae, doloris acerbitas.
quod in Sulpicij cura Cicero non neglexit. quamquam hanc partem conside-
rate attingit: nec monendum aperte talem uirum putat, quod esset arrogan-
tiae: sed cum ait, Mihi ita persuasi te quoque in iisdem uersari rebus: pla-
ne indicat, quid eum facere, tam aduersis temporibus, oporteat. Nec uero
leuis est ex eorum, quos diligimus, probitate, ac uirtute consolatio. ergo
hic

hic laudatur Seruius adolescens, ut afflictum patris animum grata filij mentio recrearet. Haec, & similia in ceteris epistolis obseruanda: quae si colligantur, adhibito ordine, sine quo praceptorum copia propemodum inanis est; artem inventionis, alioqui difficillimam, in promptu habebimus. Scripta est post bellum Africanum. apparet enim, Caesarem in urbe commorari, Pompeianarum partium metu liberatum. quod certe non ante bellum in Africa gestum consecutus est. perpetuo enim uictoriae cursu Pompeium, Aegyptios, Pharnacem superauit: inde Roman proiectus, paullo post in Africam contra Scipionem, & M. Catonem contendit: quibus deuictis, ad urbem rediit, cum tertium consul esset; ibiq. tam diu permanxit, donec in Hispaniam, ubi magnas copias a Pompeij liberis contractas esse audiebat, eundem necessario iudicauit. Videtur autem Sulpicius in Achaia permanisse usque ad exitum Hispaniensis belli. quod ex eo suspicor, quia, quo tempore ad Ciceronem litteras consolatorias misit, quae infra leguntur, eodem Caesar ex Hispania lenire Ciceronis dolorem, ex interitu filiae susceptum, per litteras conatus est. ep. 20. lib. 13.

Cicero S. D: Sulpicio. 3:

VEHEMENTER te esse sollicitum, & in communib[us] miserijs praecipuo quodam dolore angusti, multi ad nos quotidie deferunt. quod quamquam minime miror, & meum quodam modo agnosco: doleo tamen, te, sapientia praeditum prope singulari, non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. Me quidem, nisi nemini concedo, qui maiorem ex perniciencie, & peste reip. molestiam traxerit; tamen multa iam consolantur, maximeq. conscientia consiliorum meorum. multo enim ante, tamquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram; neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente, & denunciante te. nisi enim abfui magnam partem consulatus tui: tamen & absens cognoscebam, quae esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & praedicendo sententia: & ipse affusi primis temporibus tui consulatus, cum accuratissime monuissest senatum, collectis omnibus bellis ciuitibus, ut & illa timerent, quae meminissent; & scirent, cum superiores, nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tam crudeles suissent, quicumque postea remp. oppressisset armis, multo intolerabiliorum futurum. Nam, quod exemplo fit, id etiam ture fieri putant, & aliquid, atque adeo multa addunt, & afferunt de suo. Quare meminisse debes, eos, qui auctoritatem, & consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse, cum tua prudentia salvi esse posuissent. Dices: Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi parietinis reip? Est omnino uix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi. sed tamen & Caesar ipse ita de te iudicat, & omnes cives sic existimant, quasi lumen aliquod, exstantis ceteris, elucere sanctitatem, & prudenteriam, & dignitatem tuam. Haec tibi ad leuandas molestias magna esse debeat. Quod autem a tuis abes, id eo

leuius ferendum est, quod eodem tempore a multis, ac magnis molestijs abes: quas ad te omnes perscriberem, nimirerer, ne ea cognosceres absens, quae quia non uides, mibi uideris meliore esse condicione, quam nos, qui uidemus. Hactenus exigitimo nostram consolationem nunc adhibitam esse, quod certior ab homine amicissimo fieris ipsi de rebus, quibus leuari possent molestiae tuas reliqua sunt in te ipso, neque mihi ignota, nec minima solaria, & ut quidem ego sentio, multo maxima: qua ego ipse experiens quotidie sic probo, ut ea mibi salutem afferre videantur. te autem ab initio aetatis, memoria tue, summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaque, quae a sapientissimis ad bene uiuendum tradita essent, summo studio, cura q. didicisse: quae quidem, vel optimis rebus, & usui, & delectationi esse possent: huius uero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. nihil faciam insolenter: nec te, tali uel scientia, uel natura, praeditum, bortabor, ut ad eas te referas artes, quibus a primis temporibus aetatis studium tuum dedisti. tantum dicam, quod te spiro approbatum; me, postea quā illi arti, cui studueram, nihil esse loci neque in curia, neque in foro uiderim, omnem meam curam, atque operā ad philosophiam cōculisse. tuae scientiae excellenti, ac singulari, non multo plus, quam nostrae, relictum est loci. Quare non equidem te moneo; sed mihi ita persuasio te quoque in ipsis uersari rebus, quae etiam si minus professent, animum tamen a sollicitudine abducent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisq. in hac, in qua ego me scripti acquiescere, ita uersatur, ut excellat; a me uero sic diligitur, ut tibi unū concedam, praeter ea nemini: mihiq. ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quod facile appareat, cum me colat, et obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

EXPLA-

EXPLANATIO

SOLlicitum,} ob temp. seruitute oppreslam. iam enim Caesar, iterum deuictis Pompej parti-
bus, unus omnia tenebat. **P**RAE CIPVO} cum enim commune sit exitium, cur tu praecipue do-
leas? Iterum Plancium admonuit epistola ultima: Non debes aut propriam fortunam, & praecipuum po-
stulare, aut communem recusare. **Q**UODAM} ita loquimur, cum singulare quiddam notamus, ut
ep. 4. lib. 2. Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata, incredibilis quaedam exspectatio. Et in
oratione de provinciis: Quod magni cuiusdam hominis, & perspicientis uidetur. Et lib. 2. de Orat. Crassi
responsum excellentis cuiusdam ingenij, & singularis. **M**INIME miror,} cum plane perierit resp.
MEVM} dolorem. **Q**UODAM modo} si dixisset, Meum agnosco, sium quoque praecipuum ef-
fe in communibus miserijs dolorem significasset. ita nullum sibi locum ad leuandam Sulpicij sollicitudine-
m relinquere. dixit igitur, Quodam modo, ut indicet, sibi quoque acerbissimam fuisse perniciem
reip. nec tamen in communibus miserijs praecipuo quodam dolore angit. **A**GNOSCO:} me quoque
dolere confiteor. ep. seq. Illam excusationis tuac partem nec agnosco, nec probo. **P**ROPE singulari,}
cur addit, Prope? ne uiro graui, uerborum quasi lenocinia respuenti, nimium assentari uideatur. Sic
Acad. 4. Omitto per ipsum Aristotelem, meo iudicio in philosophia prope singularcm. Valet autem, Sin-
gularis, interdum minus, quam incredibilis, interdum plus: minus, ut ep. 5. lib. xiiii. In longa appar-
itione singularem, & prope incredibilem patris Marcilij fidem cognoui. Plus, ut lib. 1. de Orat. Antonij
incredibilis quaedam, & prope singularis, & diuina uis ingenij. **T**UIS bonis} tua uirtute, & me-
moria recte factorum. **A**LIENIS malis} quibus afflita resp, concidit. Notat perditos hominum
mores, in primisq. perniciosem publicae libertati ambitionem Caesaris, & Pompeij. **L**ABORARE:}
Malis laborare, apte coniunguntur. **M**E. **Q**UIDEM,} consolamur & ratione, & exemplo. ratione
usus est in proxima superiore sententia: exemplum hic afferit de se ipso. **N**EMINI concedo, qui mai-
orem &c.} nemo est, cui molestiae plus attulerit interitus reip. simile illud ep. 3. lib. x. Nunc me, aman-
tissimum tui, nemini concedentem, qui tibi uetusitate necessitudinis potior posuit esse, si audies; omnem
tibi reliquae uitiae dignitatem ex optimo reip. statu acquires. & eodem libro, ep. 29. Nec ijs concedo, ut
tesaluum malint, quam ego. **P**ERNICIE, & peste} augent superlata nomina: quod etiam rhe-
tores docent, maior autem est in peste, quam in pernicie, significatio. **C**ONSILIORVM} quia de
rep. semper optime sensi. quod tibi quoque, optimo, ac sapientissimo uiro, solatio esse debet. **M**VL-
TO ciuitate,} quatuordecim annis ante cum esset consul. Id clarissime ostendit ep. 4. ad Att. lib. x.
Praeclaru, inquit, conscientia sustentor, cum cogito me de rep. aut meruisse optime, cum potuerim, aut
certe numquam, nisi diuinem, cogitasse, eaq. ipsa tempestate eversam esse temp. quam ego quattuor de-
cem annis ante prospexerim. **T**EMPESTATEM} procellam, quaeremp. afflxit. **A**BFLV} cum
esset in Cilicia proconsul: quo iuit Sulpicio consule, ut patet ex ep. 3. lib. iii. & ad Att. lib. v. **M**A-
GNAM. **P**ARTEM} menses circiter octo. nam uidetur in eunte Maio, aut extremo Aprili mense Ro-
ma discessisse. ep. 2. lib. v. ad Att. **M**ONVISTI senatum,} consolationem afferit anteactae uitiae
commemoratio. ideo narrationem hanc induxit, ut, quemadmodum seleuare dixit grauitate doloris ob
conscientiam consiliorum suorum, itidem Sulpicius e suis in rem. officijs consolationem capiat. **O**M-
NIBVS bellis ciuilibus,} tribus, quae commemoratis uerbis Phil. 8. Contendit Sulla cum Sulpicio
de iure legum, quas per uim latas Sulla dicebat: Cinna cum Octauio de nouorum ciuium suffragijs: tur-
sus cum Mario, & Carbone Sulla; ne dominarentur indigni. **S**VPERIORES,} sic locutus in Ver-
rem, & in Acad. **C**ONSILIVM tuum,} ne Caesari ante concessum lege Trebonia tempus suc-
cederetur, & ut absenti consulatum petere liceret. in quo distentiebat a M. Marcello collega. epitome Liuia-
na cxxix. Contentiones inter consules de successore C. Caesari mittendo, agente in senatu M. Marcello
consule, ut Caesar ad petitionem consulatus ueniret, &c. Suetonius, Plutarchus, Dio, alij. **O**CCIDI-
SSE,} consulares, Pompeium Magnum, L. Lentulum, Bibulum, Domitium Ahenobarbum, Scipionem Pompeij sociorum; practorium, M. Catonem; alios præterea, qui bellum pati, odio Caesaris,
prætulerant. **I**N. **T**ANTIS tenebris,} non dicit, conscientiam optimorum consiliorum nihil pro-
desse, sed pro malis reip. parum. nam, esse aliquem conscientiae fructum, paullo ante ostendit in se ipso.
PARIETINAS} libri veteres quinque, Perpetnis: duo, Perditivis: unius diserto, Parricidijs: Medi-
ceus, Partetinis: ex quo, Parietinis, legendum, alij ante nos recte censuerunt. Sunt autem Parictinae,
parietum ruinae. Cicero ad rem. transtulit, &, Quasi præposuit, ueritus ne paullo durior translatio ui-
deretur. quod præcipit Crassus lib. iii. de Orat. Mollienda, inquit, translatio est præposito saepe uerbo.
VIX consolabilis,} recte addidit, Vix: ut consolabilem tamen esse ostendat: quod ei propositum est:
cum hanc unam ob causam ad Sulpicium scribat, ut cum a macrō abducatur. **I**PS E} cuius in po-
testate sunt omnia. **L**VMEN} tribus uerbis metaphoram absoluit, Lumen, Extinctis, Elucere. & hac
fortasse translatione usus est, cum illud proxime dictum, In tantis tenebris, recordaretur. **E**XSTINCTIS aeternis,}
luminibus reip. Phil. v. Pompeio patre, quod imperij populi Romani lumen fuit, ex-
stincto. **S**ANCTITATEM,} Sanctitatem definij lib. 1. de Nat. de. Scientia colendorum deorum.
hic accipitur pro summa probitate, ut in Phil. 1. Quod in iuuentute habemus illustrius exemplum ueteris
sanctitatis? **P**RUDENTIAM,} non enim satis est, optima uelle, quod sanctitatis est; sed, optima

etiam uidere, in praestanti ciue requiritur. H A E C } primum optimorum consiliorum recordatio, deinde iudicium Caesaris, omniumq. ciuium. M A G N A esse debent. } dixit iam, debere eum suis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. A . T V I S } uxore, & filio. A . M V L T I S, ac magnis molestijs } saepe Cicero consolatur absentes miseria ciuitatis, quam afflictam, & deformatam ciuis bonus libenter nemo uidet. unde illud ad Sextum, ep. 17. lib. v. Illud utinam ne uere scriberem, ea te rep. cauere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet. Et ad Torquatum, ep. 1. lib. vi. Oculi augent dolorem. V E R E R E R, } uerer, inquit, quia graues, atque acerbae audiendi etiam essent, non modo uidenti. M E L T O R E } non igitur dolendum est, quod a tuis absis. C E R T I O R fieres, } quia scire haec ipse per te non posse, significat autem duas maximeres, de quibus certiorem Sulpicium fecit, iudicium Caesaris, omniumq. ciuium, & miserrimum statum ciuitatis. R E L I Q Y A } non dubito, quin studia philosophiae significet: cum inferat, Quae ego ipse experiens quotidie sic probo, ut ea mihi salutem aferre uideantur. Euersa enim rep. philosophiae studia longo interruuio intermissa reuecauit: quod ipse confirmat in prooemio Tuse. 1. & lib. iii. Off. & alibi. S A L V T E M } candem sententiam retulit ep. 12. lib. vi. Vnum, inquit, est perfugium, doctrina, ac litterae, quibus semper usi sumus: quae secundis rebus delectationem modo habere uidebantur, nunc uero etiam salutem. ep. 2. lib. ix. Stet, inquit, nobis illud, una uiuere in studijs nostris; a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc uero etiam salutem. ep. 28. lib. xiiii. Studia illa nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam uiuimus. O M N I V M doctrixnum, ergo & philosophiae: quod paullo post confirmat, cum ait: Ad eas te referas artes, quibus a primis temporibus aetatis studium dedisti. A D . B E N E uiuendum } bene uiuendi praecepta philosophorum libris continentur. O P T I M I S rebus, } florente rep. I N . Q V O acquiescamus. } in ep. 3. lib. ix. Nulla nunc in re alia acquiescamus. V E L . S C I E N T I A, uel natura } non modo enim a litteris, sed a natura etiam ipsa prudentiam accipimus. Quid te, inquit, & Scientia, & natura prudentem, hortor, ut ad eas te referas artes, quibus &c. I L L I arii, } eloquentiae. N E Q U E in curia, neque in foro } neque in senatu, neque in iudicijs. ep. 6. Nihil in foro agere libebat: adspicere curiam non poteram. Idem queritur in prooemio lib. iiiii. Off. Extincto senatu, deletisq. iudicijs, quid est, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere possimus? T V A E scientiae } iuris ciuili. Scientias quoque, numero multitudinis, Cicero dixit in libro de Sen. quod singulare tamen exemplum adhuc inueni. E X C E L L E N T I, ac singulari, } uicit enim hac laude Sulpicius superiores omnes. quod ei tribuit Cicero in libro de claris Orat. cum eum dicat ad ius ciuile non modo dialecticam, uerum etiam litterarum scientiam, loquendiq. elegantiam aliunxisse. N O N multo plus, } plus omnino, sed non multo: quia, sublata causarum actione, pauci de iure consuluntur. quorsum enim? cum iudices, non quid leges iubeat, sed quid is nolit, cuius libido pro legibus est, in sententijs ferendis spectare cogantur? N O N equidem moneo, } tali uel scientia, uel natura praeditum. facerem enim insolenter. M I H I I T A persuasi, } prorsus ita credo, te quoque in iisdem philosophiae studijs uersari. R E B V S, } pro, artibus. dixit enim, Ut ad eas te referas artes. S I M I N V S prodeſſent, } cum tamen ucheinenter profint, quippe quaſi laudem afferre uideantur. paullo ante. A N I M U M a ſollicitudine abducere. } quaſi enim aberramus a moleſtijs, dum litteras tractamus. ep. 37. lib. xiiii. ad Att. Ego hic, ſcribendo dies totos, nihil equidem leuor, sed tamen aberro. Etibidem proxime: Siue hanc aberrationem a dolore delegerim. & ep. 44. ibidem: ego hic duo magna ſuorā yuxtra abſolu: nullo enim alio modo a miseria quaſi aberrare poſsum. T I B I uni concedam, praeterea nemini: } ſic in extrema oratione pro Marcello: Ut uix C. Marcello, optimo, & amantissimo fratri, praeterea quidem cederem nemini. G R A T I A refertur: } quod amantem redat, atque obſeruat.

Argumentum ep. 4.

E Xcusanti Sulpicio, quod ſaepius uno exemplo litteras misiffet, culpamq. conferenti tum in eorum, qui eas acciperent, negligentiam, aut improbitatem, tum in orationis inopiam, qua ipſe laboraret, respondet Cicero, pri-
mam ſibi excusationis partem probari, alteram omnino falsam uideri: ſe
enim ipsum non admodum eſſe uerborum inopem, qui tamen ſibi & ſubtili-
tate, & elegan-ia ſcribendi Sulpicium anteponat. Cauffas probat, quibus
Achaiae administrationem Sulpicius recuſandam non putauerat. Narrat
ſenatus officium, ſuppliciter de reditu M. Marcelli Caesarem rogantis:
quo impetrato, gratias aſe Caſari actas eſſe demonstrat. De ſuo philo-
phiae studio, eiusq. fructu, de Seruij filij probitate, ac doctrina quaedam
addit.

addit. Concludit, eum esse statum reip. ut ea, quae Romae fiant, audire sit optabilius, quam uidere. Negotialis est epistola, tum alias ob causas, tum quia redditum Marcello Caesaris liberalitate concessum significat. Caesare III. M. Aemilio Lepido cos. deuictis in Africa Pompeij partibus.

Cicero S. D. Sulpicio. 4.

ACCIPIO excusationem tuam, qua usus es, cur accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolias accipiunt, fieri scribis, ne ad nos perferantur. illam partem excusationis, qua te scribis, orationis paupertatem, (sic enim appellat) ijsdem verbis epistolias saepius mittere, nec agnosco, nec probabo: & ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) dimitias orationis habere dicis, me non esse uerborum admodum inopem agnosco. ἐγὼ δέ οὐδενί non necesse est. sed tamen idem, nec hoc ἐγὼ νόμευος, facile cedo tuorum scriptorum subtilitati, & elegantiae. Consilium tuum, quo te usum scribis hoc Achaimon negotium non recusaui, cum semper probauissim, tū multo magis probauis, lectis tuis proximis litteris. omnes enim causae, quas commemoras, iustissimae sunt, tuaq. & auctoritate, & prudentia dignissimae. Quod aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis: id tibi nullo modo assentior. sed, quia tanquam perturbatio, & confusio est rerum, ita percussa, & prostrata foedissimo bello iacent omnia, ut si cuique locus, ubi ipse sit, miserrimus esse uideatur: propterea & tui te consiliū paenitet, & nos, qui domi sumus, tibi beati uidemur. at contra nobis non tu quidem uacuus molestijs, sed prae nobis beatus. atque hoc ipso melior est tua, quam nostra condicio; quod tu, quid doleas, scribere aedes; nos ne id quidem tuo possumus; nec id uitioris uitio, quo nihil moderatius, sed ipsius uitioriae, quae ciuilibus bellis semper est insolens. Vno te uicimus, quod de Marcelli, collegae tui, salute paullo ante, quam tu, cognouimus; etiam mehercule, quod, quemadmodum ea res ageretur, uidimus. nam sic fac exsimiles, post has miserias, id est postquam armis disceptari coepit de iure publico: nihil esse actum aliud cum dignitate. nam & ipse Caesar, accusata acerbitate Marcelli, (sic enim appellabat) laudataq. honorificissime & aequitate tua, & prudentia, repente praeter spem dixit, se senatu roganti de Marcello, ne ho-

minis quidem causa, negaturum. fecerat autem hoc senatus, ut, cum a L. Pisone mentio esset facta de Marcello, & cum C. Marcellus se ad Caesaris pedes abiecisset, cunctus conjuraret, & ad Caesarem supplex accederet. noli quaerere: ita mihi pulcher hic dies uisus est, ut speciem aliquam uideret quasi reuiniscens reip. ita que, cum omnes ante me rogati gratias Caesari egissent, praeter Volcatium; (is enim, si eo loco esset, negavit se facturum fuisse) ego rogatus mutauit meum consilium. nam statueram, non mehercule inertia, sed desiderio pristinae dignitatis, in perpetuum tacere. fregit hoc meum consilium & Caesaris magnitudo animi, & senatus officium. itaque pluribus verbis egit Caesari gratias: meque, metuo, ne etiam in ceteris rebus honesto otio priuarim: quod erat unum solatium in malis. sed tamen, quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitrarentur, me hanc remp. non putare, si perpetuo tacet, modice hoc faciat, aut etiam intra modum; ut & illius uoluntati, & meis studijs seruiam. nam, et si a prima aetate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectauit: tamen hoc studium quotidie ingrauescit, credo & aetatis maturitate ad prudentiam, & his temporum uitijs, ut nulla res alia lenare animum molestijs possit. a quo studio te abduci negotijs, intelligo ex tuis litteris: sed tamen aliquid iam noctes te adiuuabunt. Seruus tuus, uel potius noster, summa me obseruatio colit: cuius ego cum omni probitate, sum maq. uirtute, tum studijs, doctrinaq. delector. is mecum saepe de tua mansione, aut decessione, communicat. adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Caesar uelle uideatur. res sunt eiusmodi, ut, si Romae sis, nihil te praeter tuos delectare possit. de reliquis nihil melius ipso est. ceteri, & cetera eiusmodi, ut, si alterutrum necesse sit, audire ea malis, quam uidere. Hoc nostrum consilium nobis minime incundum est, qui te uidere cupimus: sed consulimus tibi. Vale.

EXPLANATIO

VNO EXEMPLI ut, si qua periret, aliqua tamen perferretur epistola. **N**EC AGNOSCO, ut ueram esse non confiteor. agnoscimus enim, quae antea nouimus: ignota uero agnoscere non possumus. non agnoscit igitur Cicero causam excusationis, quam Sulpicius in orationis paupertatem referbat: quia uerborum inopem eum non cognouerat. ep. 20. lib. v. Id ego agnoui meo iussu esse factum. et ep. 3. lib. xi. Neque agnoscimus quidquam eorum. et in Laclio: Quod mihi tantum tribu dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice. Εἰ γωγέσθαι; dissimulare. quod Socrati uisitatum in disputatione fuit, cum ijs, quos refellere uolebat, plus tribuere uideretur. Εἰ γωγένευος; simulans. Est enim ironia modo dissimulatio, ut proxime; modo simulatio, ut hic. dissimulamus enim uera; cum occultamus ea, quae sunt; simulamus falsa, cum ea fingimus esse, quae non sunt. Late igitur patet ironia: & est omnino, ut ait Aquila, cum aliud uerbis significamus, aliud re sentimus. Addit Beda: grauitate pronunciationis adiuuandam. alioqui confiteri uidebitur, quod negare contendit. **S**UBTILITATI, & elegantiae. subtilitas in sententijs, elegancia in uerbis. subtilitas autem a dialectica maxime sumitur,

quam Sulpicius egregie cognouit: eq. maxime adiumento & Scacuolae, & ceteris omnibus iurisconsultis antecelluit. hoc enim ei testimonium tribuitur in lib. de claris Orat. quo in libro subtilitas etiam eius, & elegancia nominatur his uerbis: Adiunxit & litterarum scientiam, & loquendi elegantiam; quae e scriptiseius, quorum similia nulla sunt, facillime perspici potest; cumq. dicendi caussa, duobus peritisimis operâ dedisset, L. Lucilio Balbo, C. Aquillio Gallo; Galli, hominis acuti, & exercitati, promptam in agendo, & in respondendo celeritatem subtilitate, diligentiaq. superauit. Quintilianus etiam, Sulpicium ex tribus orationibus insignem famam consecutum esse, lib. x. scriptum reliquit. Alibi Subtilitas non idem ualeat, sed uenustas potius quadam est orationis, & naturalis quasi color, nullo adhibito artis pigmento: qualis apud nos est Caesaris sermo, apud Graecos Lysiae: itaque lib. 111. de Orat. subtilitatem quidem illi Cicero tribuit, acumen autem Hyperidi. Et in Bruto illud: Lysias egregie subtilis scriptor, atque elegans: sic accipio, non ut acutum scriptorem Lysiam dici putem, sed ut purum, ut uenustum, ut politum, ut plane Atticum. Attica enim subtilitas ipsa per se laudatur, ijs carens ornamentis, quae ab arte sumuntur. qua laude Catonem censorium afficit Cicero in eodem libro infra. Qui in Graecis, inquit, antiquitate delectantur, eaq. subtilitate, quam Atticam appellant, hanc in Catonem non nouerunt quidem. Hyperidae uolunt esse, & Lysiae laudo: sed cur nolunt Catonis? Atticum igitur dicendi genus, illud, in quo Lysias excelluit, (nam plura genera, ut ait Cicero, fuerunt) non ornatum, copiosum, illustre, ut Demosthenis, & Aeschinis, non acutum, ut Hyperidis, sed exfile, iejunum, siccum, politum tamen, & uenustum fuit: idq. tum indicant eae, quae extant, illius orationes: tum ipse Cicero, si Lysiae orationes non haberemus, clarissime tamen ostenderet. nam in eodem libro, aliquanto post, Atticum, ait, se Caluus noster dici oratorem uolebat. inde, erat ista exsilitas, quam ille de industria conseqebatur. Et paulo post: Si quis iejunitatem, & siccitatem, & inopiam, dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit: hoc recte dumtaxat: sed quia sunt in Atticis alia meliora, uideat ne ignoret & gradus, & dissimilitudines, & uim, & uarietatem Atticorum. Et infra: Si acutum, prudens, & idem sincerum, & solidum, & exsiccatum genus orationis probant; nec ullo grauiore ornatu oratorio utuntur; & hoc primum esse Atticorum uolunt: recte laudent: est enim in arte tanta, tamq. uaria, etiam huic minutae subtilitati locus. Nam, quod non ita multo post dicitur, Lysia pictius esse nihil posse: id assertur ex Attici persona, nimium in Graecos ambitiosi, & a Ciceronis dislentientis, qui Catonem Lysiae comparauerat. Cicero autem ipse de Lysia quid sentiat, declarat in Oratore hic uerbis: Dicat igitur Attice uenustissimus ille scriptor, ac politissimus Lysias, (qui enim id possit negare?) dum intelligamus hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit, atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens, aut ineptum. Et paucis interiectis, Qui Lysiam, inquit, sequuntur, caussidicum quandam sequuntur, non illum quidem amplum, atque grandem, subtilem, & elegantem tamen. Eandem subtilitatem, quae ab acuminis distat, notauit in Lysia Quintilianus lib. x. Lysias, inquit, subtilis, atque elegans, & quo nihil, si oratori satis sit docere, quaeras perfectius. nihil enim est inane, nihil accersitum: puro tamen fonti, quam magno flumini, propior. Et lib. xii. Quid Periclem? similem ne credimus Lysiaca gracilitati? Item lib. ix. Neque illud in Lysia dicendi textum tenue, atque rarum laetioribus numeris corrumpendum era. Hinc Agere caussas subtiliter, pro, simplici quodam, & puro, & ad docendm, non ad promouendum, aut delectandum, apto dicendi genere in caussis uti, dixit Cicero ep. 21. lib. ix. Priuatas, inquit, caussas, & eas tenues, agimus subtilius. Et in Oratore: Tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes, subtili quadam & pressa oratione limari. Et infra: Orationis subtilitas imitabilis illa quidem uidetur esse existimanti, sed nihil est experienci minus. Et pro Balbo: A quo haec, quae ego nunc percurro, subtilissime sunt omnia perpolita. Et ep. 21. ad Att. lib. 2. De rep. quid ego tibi subtiliter? tota perijt. Et in ep. ad M. Brutum: Meſſallam habes: quibus igitur litteris tam accurate scriptis aſequi possum, subtilius ut explicem, quae gerantur, quaeq. sint in rep. quam tibi is exponet, qui & optime omnia nouit, & elegantissime expedire, & deferre ad te potest? Elegantiam autem differre ab ornatu, ostendit Cicero in epiftola ad Cornelium Nepotem: Quis, ait, sententij aut acutior, aut crebrior? quis uerbis aut ornatiō, aut elegantior? A C H A I C V M negotium } Achaiae administrandae curam, a Caſſare manda tam. quamquam opinor ei maiorem Graeciae partem esse commissam, licer Achaiae nomine prouincia uocaretur. nam in ep. 1. & 4. lib. vi. & ep. 18. 21. 22. lib. xiiii video Suplicium Athenis praeceſſe: quae non Achaiae urbs, sed inter Achaiam & Macedoniam fuit. in sexta uero eiusdem libri epiftola, Brutum, ait, Galliae, Sulpicium Graeciæ præfecit. uide infra, ep. 12. O M N E S caſſiae, } quarum una fuit, ut minus miser esſet, cum ea non uideret, quae in opprelsa patria contra leges, moremque majorum fierent. nam oculi dolorem augent, nec auertere a miseriis cogitationem finunt. A V C T O R I T A T E, & prudentia} decet enim, qui auctoritate, & prudentia ualeat, eum nihil committere, quod in aliquam reprehensionem posſit incurere. A L I T E R cecidifrem } putas te, cum ab urbe abscessis, a moleſtis etiam abſuturum. id, ut ſcribis, te feſellit. ep. 7. lib. 1. Si cecidifſet, ut uolumus, & optamus. P E R C U L S A, & proſtrata iacent } dixi iam, ſuperlatiſ augeri uim ſententiae. ſequitur autem, ut perculſa proſternantur, proſtrata iacent. F O E D I S S I M O } ex ijs, quae ſequuntur. bello enim omnia deformantur. alibi quoque epithetum idem cum bello iunxit. I s . C V I Q Y B locis, } uide eandem ſententiam in ep. 1. lib. vi. T u i confliſ } quod Achaicum negotium non recuſaueris. N E I D quidem } non modo libere ſentire, ac dicere, ſed ne ſcribere quidem tuō poſſumus. ſumus enim hic in eorum potestate, qui diligenter, quae cumque agimus, obſeruant: quiq. uel minima re ſi offendantur, parata nobis grauiſſima iniuria eſt. M O D E R A T I V S, } ſane in uictoria ſe moderatiſſimū Caſſar præbuit: de quo Suetonius haec: Moderatio-

nem , clementiamq. tum in administratione, tum in uictoria belli ciuilis admirabilem exhibuit : nec ulli perijisse, nisi in proelio, reperientur, exceptis dumtaxat Afranio, & Fausto , & L.Caſare iuuene . denique, ex-
tremo tempore , etiam quibus nondum ignouerat, cunctis in Italiam redire permisit , magistratusq. & im-
peria capere . Confirmat ipſe Cicero saepc in his epistolis , in hac quidem in extremo : De reliquis, ni-
hil melius ipſo eſt . in ſexta liberalem Caſarem appellat: in ſeptima , non paſſurum ait, ut iniuria fieret. in
decimatercia : Obtineamus ipſius Caſariſ ſummam erga nos humanitatem ; ſed ea plus non potest , quam
uis & mutatio omnium rerum, atque temporum . **I N S O L E N S.** { uictores enim insolentes facit. ep.9.
Miferius nihil , quam ipſa uictoria : quae, etiam ſi ad meliorem uenit, tamen eos ipſos ferociores, impo-
tentioresq. reddit . **V N O . T E uicimus.** { cum in reliquis tua melior, quam noſtra condicio ſit. **M A R -**
C E L L I. { M. Claudij Marcelli, qui, Pompeio in Pharsalia deuicto, cuius partes fecutus erat, exſulabat .
C O L L E G A B. { in consulatu . **S A L V T E** { reſtitutione, a Caſare impetrata . **A R M I S** *diſceptari* {
iudiciale uerbum ad arma tranſtulit, cum diſceptari legibus, non armis, de iure ſoleat . ep.14. Videbam,
quanto periculo de iure publico diſceptaretur armis . Ep.1.lib.6. Docebam, pilis, & gladijs, non con-
ſilijs, neque auſtoritatibus noſtris, de iure publico diſceptari . Quid autem proprieſit Diſceptare, locus
indicit in Partitionibus : Aut auscultator eſt modo, qui audit, aut diſceptator, id eſt rei, ſententiaeq.
moderator . Et in oratione pro Deiotaro: Hanc, C.Caſar, cauſam ſi in foro diccre, eodem audi-
ente, & diſceptante te, quantam mihi alacritatem populi Romani concuſſus afferret . Id ad praetorem pro-
prie attinebat : nam lib.111.de leg ita ſcriptum animaduerti : Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iu-
dicariue iubeat, praetor eſto . Et pro Caecina : Perſaſe diſceptatore domēſtico dijudicatur. ſic lib.111.
ep.26.ad Sulpiciū : Perſcripsimus iis, ut omnibus in rebus, quae in aliquam controuerſiam uocaren-
tur, te arbitro , & , quod commodo tuo fieri poſlet, te diſceptatore uerteretur . itidem dixit: Videbam,
quanto periculo de iure publico diſceptaretur . **A C E R B I T A T E Marcelli.** { ſignificatur id, quod Sue-
tonius expoſuit hiſ uerbis: M.Marcellus consul, edicto praefatus, de ſumma ſe rep. aucturum, retulit ad
ſenatum, ut Caſari ſuccederetur ante tempus, & ne abſentis ratio haberetur . nec prouincias ei, & priuile-
gium eripere contentus, retulit etiam, ut colonis, quos rogaſione Vatinia Nouum co mū deduxiſſet, ci-
uitas adimeretur ; quod per ambitionem, & ultra praefcriptum data eſſet . Commemorauit igitur Caſar
offenſiones Marcelli , quo ſcīlicet maius faceret beneficium ſuum : dcinde ſe reditum eius in patriam ſe-
natus precibus largiri dixit in oratione pro ipſo : Intellectum eſt enim, cum M.Marcellum ſenatui, popu-
lo q.Romano & reip.concessisti , commemoratis praefertim etiam offenſionibus , te auſtoritatem huius
ordinis, dignitateq. reip. tuis uel doloribus, uel ſuſpicionibus anteferre . **A E Q U I T A T E tua.** { cum
Marcello collegae tuo reſtitifi, de quo idem Suetonius: Summa ope reſtitit , partim per interceſſores
tribunos, partim per Ser. Sulpiciū , alterum conſulem . Id ſignificatur etiam in ep.3.in eo loco : Co-
gnofeebam, quae tua eſſet in hoc peſtifero bello cauendo , & praedicendo ſententia . **S E N A T V I rogan-**
tū. { non modo preces, uerum etiam lacrumas ſenatus, ut Marcelli reditum impetraret, nominat in extre-
ma oratione, qua Caſari , ob Marcellum reſtitutum , & ſuo, & ſenatus nomine gratias egito . **N E . H O -**
M I N I S quidem cauſa, negaturum. { Alij legunt, Ne ominis quidem : quibus aſſentiri nullo modo poſſum.
dixit enim Caſar ; ſe non eſſe roganti ſenatui, ne ipſius quidem Marcelli cauſa , a quo grauter eſſet offen-
ſus, negaturum . quamquam , aiebat , in me fuerit acerbior : tamen , ne hac quidem cauſa , ſenatui de-
precantि eius reditum negabo . non tanti apud me erit Marcelli ipſius iniuria , quanti ſenatus uniuersi con-
ſensus, & deprecatiō . Ad hunc locum pertinet illud ex ep.6.lib.vi . Marcellum, cui maxime ſuccenſe-
bat, cum ſumma illius dignitate reſtituit . **L. P I S O N E** { patriciae gentis Calpurniae: nam Calpurnij
Bibuli plebeij : iſ Caſariſ ſocer erat. exſtat in cum Ciceronis oratio . **C. M A R C E L L U S** { Marci frater
germanus , qui cum L.Lentulo conſul fuit , biennio poſt Marcum conſulem : nam patruelis fuit alter Ca-
ius , qui conſulatum geſſit cum L.Paullo , anno poſt Marcum conſulem proxime ſequenti : ut ep. 9. h.l &
ep.9.lib.xv.& apud Suetoniuſ in Iulio. de germano fratre inſra; ep.7.9.11. & in oratione pro Marcello,in
extremo . **A B I E C I S S E T.** { nulla ſuac dignitatis habita ratione : quo magis Caſarem moueret . dolor
enim ſumimus in uerbo , Abieciffet, oſtenditur . **S V P P L E X** { ſenatus amorem , ac deſiderium abſentis
Marcelli Seneca in Conſolatione ad Albinam declarat hiſ uerbis : Illi reditum impetravit ſenatus publicis
precibus, tam ſollicitus, ac maefſus, ut omnes iſto die Bruti habere animū uiderentur, & non pro Marcello,
ſed poſ ſe deprecar, ne exſules eſſent, ſi sine illo fuiffent . **A C C E D E R E T.** { Accedere ad ſe ſupplicem ſe-
natū, Caſar paſlus eſt : eudem accidere ſupplicem ad pedes ſuos, paſlus certe numquam eſſet. alia enim
C.Marcelli , fratri reditum deprecantis, alia ſenatus ratio fuit : quem ſupplicare quidem pro M. Marcello
deciuit, abieccere ſe ad Caſariſ pedes , oblitum ſuac dignitatis, haud quaquam deciuit : nec Caſar ipſe, qui
omnia quidem ſuac potestatis eſſe , ſpeciem tamen adhuc aliquam reip. manere uellet, indignitatem illam
tuillſet . Quare nihil mutandum . **N O L I querere:** { cum res eiſmodi eſt, ut eam ne longa quidem
oratione pro uoluntate noſtra ſati exprimere uideamur poſſe ; conſugimus ad hoc loquendi genus , & ad
illud , Quid quaeris ? & timilia quaedam . **R O G A T I** { ſententiam . Hic mirari licet, cur in re minimē
dubia ſententiae rogarēntur . conſenſit enim ſenatus uniuersus in Marcelli ſalute deprecadā . quod illud ,
proxime dictum, oſtendit : Fecerat hoc ſenatus, ut cunctus conſurget, & ad Caſarem ſupplex acce-
deret . Quod cum ita ſit : cur ſententiae , quaſi parum certa ſenatorum uoluntas eſſet, rogarantur ? ſcrip-
tit enim Varro , teſte Gellio , lib.rv. Epiftolicarum quæſtionum, S.C. duobus modis fieri ſolitum , aut per
diſcussionem, ſi conſentirentur, aut, ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquifitas . Ego Caſa-
rem opinor, licet ſenatus uoluntatem perſpexiſſet, uoluiffe tamen ſententias rogarī, quo certius, quid quiſ-
que

que sentiret, intelligere posset, fortasse etiam, ut in dicenda sententia singuli sibi gratias agerent de Marcello reip. restituto. VOLCATIVM; L. Volcatium Tullum, qui cum M. Aemilio Lepido consul fuerat, triennio ante Ciceronem. SI EO loco esset, an hoc dicit? si ea, qua Marcellus, dignitate esset, negauit se in patriam redditum: cum ep. 18. lib. XIV. similiter dixerit: Videte, quid aliae faciant isto loco feminae. Hoc mihi non probatur. non enim, quod ad dignitatem attinet, sibi Marcellum Volcatum anteposuerit, quippe qui consul ante eum fuerat annis XIV. An, Si eo loco esset, si esset in senatu? ut se Cæsari, dum in senatu esset, gratias aucturum negauerit. Ineptum hoc uidetur. ubi enim magis, quam in senatu, ea de re, quae in senatu agebatur, agi Cæsari gratias decuit? Puto igitur hoc dici: negauit se in patriam fuisse redditum, si Marcellus fuisset; id est, si eadem, qua Marcellus consul, contra Cæsarem fecisset; & si cum Pompeio postea aduersus eundem Cæsarem pugnasset, nec se, post uitium Pompeium, uiatori credidisset: quae cum Marcellus fecisset, inconstantiae uidebatur esse, nec satis honorificum, beneficio eiusdem Cæsaris, quem uchementer oppugnauerat, in patriam redire. Atque ad hanc sententiam pertinet illud Plauti in Bacch.

Verum, ut ego opinor, si ego in isto siem loco,
Dem potius aurum, quam illum corrumpi sinnam.

Et Catonis illud apud Rufinianū: Si uos in eo loco essetis, qd aliud faceretis? MAGNITVDO animi; quia salutē inimico suo largitus esset. EC^I Cæsari gratias; luculenta exstat oratio: cuius in extremo sunt haec: Sic tibi gratias ago, ut omnib. me rebus a te nō conseruato solū, sed ēt ornato, tamē ad tua innumerabilia in me unū merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo factō cumulus accesserit. M E T V O; metuo, ne, cum in senatu loqui cooperim, idem posthac saepe cogar facere, ut Cæsaris uoluntati seruiam. Idem in oratione: Meae pristinae uitiae consuetudinem mihi, C. Caesar, interclusam aperiuit. HONESTO otio; litterato. dixit enim ep. 3. se, posteaquam nihil esse loci eloquentiae, neque in foro, neque in curia uiderit, omnem suam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. & hic paullo post subiungit, Ut meis studijs seruiam. INTRA modum; Modice, est cum modo: Intra modum, minus. ut enim Supra, & Infra, sic Ultra, & Citra, atque interdum etiam Ultra, & Intra opponuntur: quod Gellius lib. XII. cap. 13. ostendit, modeste refutata Apollinaris sententia, qui, Intra, negabat pro Citra posse accipi. Epistola ult. lib. IX. Epulamur una non modo non contra legem, sed etiam intra legem. STRVNDISS; quod esse unicum solatium in malis proxime dixit. INGRAVESCT; augetur. a ponderibus translatio. AETATIS maturitate; sexagenarius iam erat Cicero, cum hanc epistolam scripsit. est enim hic annus urbis DCCVI, quo Caesar IIII. cum M. Lepido consul fuit: Cicero autem natus est anno DCXLVI, L. Cassio Longino, C. Mario cos. HIS temporum uirijs, ut nulla res alia &c. ep. 3. His uero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. & ep. 3. lib. IX. Nulla nunc in re alia acquiescimus. Et sane plura breui tempore, eversa, quam multis annis, stante rep. scripsit: quod ipse fatetur in prooemio lib. III. Off. ALIQUID iam noctes te adiuuabant. eadem sententia, non iisdem uerbis ep. 25. lib. VI. Aliquantum iam etiam noctis assumo. VIRTUTE; uirtus hic neque probitatem, neque doctrinam significat: cum probitatis antecedat mentio, doctrinae subsequatur. est igitur præstantia quedam in omnibus rebus; quae licet cum probitate non idem sit, ab ea tamen, & ab animi magnitudine, prudentiaq. oritur: qui enim uirtutis nomen in eum cadere possit, qui uel probitate careat, uel humili, atque imbecillo animo sit, uel denique parentem, altricemq. uirtutum omnium prudentiam desideret? Eodem modo Virtutē usurpauit ep. 5. lib. VI. & ep. 27. lib. XI. DOCTRINAQ; dabat in primis operam philosophiae. ep. 3. COMMUNICAT; Seruio patre per litteras mandante, cui molestum iam esset Achæcum negotium. ideo supra dixit, Tui te consilij paenitet. IPOS; quo nihil esse moderatius, iam dixit ep. 17. lib. IX. NOSTRVM consilium; qui suademus tibi, ne decedas. CONSULIMVS tibi; non quid uoluntas nostra ferat, sed quid e retua sit, in consilio dando spectamus.

Argumentum ep. 5.

EST haec Sulpici epistola si non perfectae, certe admodum diligentis, & elaboratae consolationis exemplum. Nam, cum officium consolandi minime deceat eos, qui prorsus dolore uacant; siquidem, qui uere amat, doloris expers in amici casu esse non potest: ut hanc suspicionem tolleret, a molestia sua Sulpicius exordiendum putauit. Rursus, quia consolatio nihil omnino aliud est, quam aegroti animi remedium, a ratione, prudentiaq. sumptum; quos si caretis, quem consolamur, ratione simul, ac prudentia caret necesse est: propterea culpam Sulpicius temeritatis a se uoluit auertere, resultitq.

tulitq. suae consolationis caussam non ad ullam Ciceronis inscitiam, aut imprudentiam, sed ad dolorem, quo impeditus minus ea perspiceret, quae patres sibi possent, paullo moderatius dolenti. Haec quasi prooemij loco praepnuntur. Sequitur narratio, in qua maxime colliguntur exempla calamitatum, ne quis dolori nouo relinqui videatur locus. Prima consolandi ratio dicitur a condicione temporum; quae sunt eiusmodi, ut optanda minime uitia videatur: altera ab exitio florentissimarum urbium, quae perpetuo manusae videbantur: tertia ab interitu virorum clarissimorum; qui cum eis multi, & uno tempore perierint, una muliercula amissa dolendum multo leuis est. Accedit imperij deminutio, prouinciarum deuastatio: quae ipsa quoque non mediocre in priuatae rei iactura consolationem afferunt. Quid moriendi necessitas? non ne ad levandam sollicitudinem plurimum ualeat? Quid uita, incunde feliciterq. traducta? Quid mortis opportunitas, approximantibus malis? Haec omnia commemorat Sulpicius in Tulliae morte: mox ad ipsum Ciceronem orationem conuertit. Non debet, inquit, is, a quo multi consilium petere soliti sunt, committere, ut egisse consilio, & ea, quae alijs praeciperit, ignorasse videatur: nec uero clarum sapientia ciuem expectare decet beneficium temporis, quo dolor extinguitur, sed a ratione, ac sapientia contra quaelibet fortunae tela praesidium petere. Adduntur preces. Si hoc a te ratio ipsa non impetrat, certe non negabis patriae roganti, non amicis, & familiaribus, non filiae mortuae, quae carissimum sibi patrem maerore angusti non uult: Incommode proponitur. Vide, netuo luctu offendantur ij, qui rerum potiuntur, interpretantes doloris tibi caussam esse dominationem suam. Postremo, ne tuam gloriam contemnas, quae ex multis collecta uirtutibus, addita fortitudinis, & constantiae fama cumulabitur. Scripta est Caesare consule IV. sine collega, deuictis iam in Hispania Pompeij liberis: quod ex duabus ad Att. epistolis, 19. & 21. lib. 12. licet coniucere: quod illa fere postrema huius epistolae uerba declarant: Noli committere, ut quisquam te prius non tam filiam, quam reip. tempora, & aliorum uictoriam lugere. Id confirmatur epistola 21. lib. XII. ad Att. cuius initium est: A Caesare litteras accepi consolatorias, datas Hispani. Nam Hispanim Caesar iuit post imperfectum Cn. Pompeium, Magni filium, ut in libro de bello Hispanensi scriptum est.

Sulpicius S. D. Ciceroni. 5.

PO STEA QVAM mihi renunciatum est de obitu Tulliae filiae tuae; sane quam pro eo, ac debui, grauerit, molesteq. tuli, communemq. eam calamitatem existimat: qui si istic affuissem, neque tibi defuissem, corramq. meum dolorem tibi declarasssem. est genus hoc consolationis misericordum, atque acerbum est; propterea quia, per-

quos id fieri debet, propinquos, ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur, neque sine lacrimis multis id conari queunt; ut magis ipsi videantur aliorum consolatione indulgere, quam alijs posse suum officium praeflare: tamen, quae in praefentia mibi in mente uenerunt, decreui breui quod

quod forsitan dolore impeditus, minus ea perspicias. Quid est, quod tantopere te commoueat tunc dolor intellitus? cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiscum erigit; ea nobis erecta esse, quae hominibus non minus, quam liberi, cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atque omnia minora adestimare? An illius uicem, credo, doles? Quoties in eam cogitationem necesse est? & tu ueneris, & nos saepe incidimus, hisce temporibus non pessime cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum uita commutare. Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad uiuendum magnopere iniuriae posset? quae ras? quae spes? quod animi solatium? ut, cum aliquo adolescenti primario coniuncta, aetatem ageret? licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac uiuentute generum diligere, cuius fideli liberos tuos te tuto committere putares. An ut ea liberos ex se pareret, quos cum florentes uideret, laetoretur? qui rem a parente tradidam per se tenere possent, honores ordinatum petituri essent in rep. in amicorum negotijs liberalitate sua uerentur? quid horum fuit, quod non prius, quam datum, ademptum sit? At uero malum est liberos amittere: malum, nisi hoc peius sit, haec suffire, & perpetui. Quaeres mibi non mediocrem consolationem attulit, uolo tibi commemorare; si forte eadem res tibi minucere dolorem possit. Ex Asia rediens, cum ab Aegina Megaram uersus nauigarem, coepi regiones circumcircia propicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus: quae opida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent. coepi ergomet mecum sic cogitare: Hem, nos hominculi indignamus, si quia nostrum interiit, aut occisus est, quorum uita brevior esse debet; cum uno loco tot opidum cadavera projecta iaceant, uis ne tu te, Serui, cobibere, & meminisse, hominem te esse natum? Crede mibi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. hoc idem, si tibi uidetur, sic ante oculos tibi proponas. Modo, uno tempore tot uiri clarissimi interierunt: de imperio

praeterea tanta diminutio facta est: omnes prouinciae conquassatas sunt: in unius mulierculae anira uila sita: ita facta sit, tantopere commoueris? quae si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen emoriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum, ac cognitionem tuam auocas: atque ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt: illam, quam diu ei opus fuerat, uixisse: una cum rep. fuisse: te, patrem suum, praetorem, consulem, augurem uidiisse: adolescentibus primarijs nuptam fuisse: omnibus bonis prope perfundam esse: cum resp. occidderet, uita excessisse. quid est, quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique noli te obliuisci Ciceronem esse, & eum, qui alijs consueveris praecipere, & dare consilium; neque imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinas scientiam, ipsis se curare non possunt: sed potius, quae alijs tute praecipere soles, ea rute tibi subiace, atque apud animum propone. N V L L V S dolor est, quem non longinquitas tempus minuat, atque molliat. hoc te expectare tempus, tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. quod si quis etiam inservi sensus est, qui illius amor in te fuit, pietasq. in omnes suos, hoc certe illa te facere non uult. da hoc illi mortuae: da ceteris amicis, & familiaribus, qui tuo dolore maerent: da patrice; ut, si qua in re opus sit, opera, & consilio tuo uti possit. Denique, quoniam in eam fortunam deuenimus, ut etiam huic rei nobis seruendum sit; noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam, quam reip. tempora, & aliorum uictoriam ingere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne uidear prudentiae tuae diffidere. quare, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Videlicet aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamq. ex ea re te laudem adipisci. fac aliquando intelligamus aduersam quoque te aequo ferre posse; neque id maius, quam debeat, tibi onus uideri; ne ex omnibus uirtutibus haec una tibi uideatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tranquilliore esse animo cognouero, de his rebus, quae hie geruntur, quemadmodumq. se prouincia habeat, certiorum faciam. Vele.

EXPLANATIO

TULLIAE, quam exstinctam morbo, quem ex partu contraxerat, ut ait Plutarchus, pater ita graver posset. PROPTERA quia, Ciceroni, Terentio, Plauto usitatus est, Propterea quod. sic, Ideo quod, Ideo quia, ueteres dicebant. PARI molestia simili potius, quam pari, nam, si par esset, afflictus afflictum consolari non posset. & infra, maiorem esse Ciceronis dolorem, quam suum, in eo significat: Non quod ea te fugere existimem: sed, quod forsitan dolore impeditus, minus ea perspicias. CONARI conamur ea, quae minime licet perficere. unde illud Ciceronis, opinor, in Oratore: Nos conamur, Demosthenes perficit. IN PRAESENTIA In praesenti, ep. 9. lib. 2. alibi tamen in praesentia. BREVI modo rei, modo temporis breuitatem demonstrat: hic rei, & ep. 9. lib. 1. Tantum dicam breui: & ep. 2. lib. 2. Breuitamen sic habeto. Temporis autem breuitas indicatur ep. 6. lib. vi. Ut spero, breui gratulabimur. Et lib. v. in Verrem: Breui postea est mortuus. Et in epistola Pompeij lib. 11x. ad Att. Cum ille maiores breui copias habiturus sit. Plautus in Rudente: Posse cum breui fieri diuitem. NON, quod eate fugere existimem; sed, quod forsitan, dolore impeditus, minus ea perspicias. hoc addit, ne sibi prudentiae laudem, Ciceroni ademptam, tribuere uideatur. sic Cic. ep. 5. lib. vi. Quia fieri potest, ut tu ea perturbatiore animo cogites; puto esse meum, quid sentiam, exponere. EREPTA cum enim ea, quae antea bonis ac fortibus uiris resp. deferebat, ad unius potestate translata cuncta sint, erecta nobis uidentur esse: quandoquidem non iam amplius a nostra uirtute, & industria exspectantur. HONESTATEM, Honestas definiri potest, honesti, & recti species quaedam, collecta ex ijs rebus, quae laudem habent singulae. DIGNITATEM, existimationem, ortam ex honoribus, praecipue administratis.

administratis. **Q**VR. **N**ON? Qui, pro Quo modo, ut alibi quoque, hic usurpari constat. **I**N illis rebus **{** in amissione patriae, honestatis, dignitatis, honorum omnium. **C**ALLERE **{** quasi callo ex consuetudine factō sic obdurusse, ut nouum dolorem iam non sentiat. Proprie Plautus in Pseud. Plagi costae callent. Ad anūmum hic Cicero trāstulit, ad stomachum autem ep. 2. lib. ix. Diuturna consuetudo callum iam obduxit stomacho meo. Dicimus, &, Occalleo, simpliciter, ut ad Att. ep. 18. lib. 2. Angor equidem, sed iam prorsus occallui. **M**INORIS **{** quam illa, quae sunt erupta. **A**N. **I**LLIVS uicem, credo, doles? **{** an doles id, quod illi contigit? uerbum enim, uicem, hoc uidetur significare, ubi cum uerbo, doleo, coniungitur. ad Att. ep. 6. lib. iv. Illius uicem minime dolemus. Alibi aliter accipitur, ut ep. 9. lib. i. Nostram uicem ultus est ipse sese. pro, ultus est ipse iniurias nobis illatas: quod ipsi facere debuimus. **C**REDO, **{** ironia: quasi credendum minime sit, ob ea, quae sequuntur. nec abest indignationis quaedam uis, cum haec duo coniunguntur. An credo, quod enim per interrogationem pronunciatur, in eo simplex ironia non est. sic Lucretius:

An, credo, in tenebris uita, ac maerore iacebat?

Legi etiam posset simplici ironia: At illius uicem, credo, doles. **E**T. **T**V. **V**ENERIS, & nos saepe incidimus, **{** appetit modestia Sulpicij, qui Ciceroni plus, quam ipse fibi, tribuat. nam in, Veneris, ratio; in Incideris, casus est. necesse, inquit, est, pro tua prudentia, in eam cogitationem saepe ueneris, in quam nos quoque saepe incidimus. hoc non pendet ab eo. Necesse est, sed per se consistit, interpositum, ut se quoque incidere in eam cogitationem Sulpicius ostenderet. Quod quia parum est animaduersum, propterea legendum alij putarunt, Vt, pro, Et; contra ueteres omnes libros, quos quidem ego inspicerim: multis autem, amicorum studio & benignitate, nunc utor. **N**ON pessime cum ijs esse datum, **{** pessime ijs non euenisce. In Laelio: Cum Scipione, quis neget, actum esse praedclare? **M**ORTE **M** CUM uita commutare, **{** notandum loquendi genus, Ciceroni, quod sciam, non usitatum. **S**INE dolore **{** extintos naturali morte significat. cum dolore enim moriuntur, quibus uita per uim eripitur. **C**VM aliquo adolescenti primario coniuncta, **{** diuortium cum Tullia fecerat Dolabella antequam pareret. quod cum ex hoc loco, tum ex ep. 18. lib. vi. in qua sunt haec: Me Romae tenuit omnino Tulliae meae partus: sed, cum ea, quemadmodum spero, satis firma sit, teneor tamen, dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam pensionem. Scriptis tamen ad Dolabellam ep. xi. lib. ix. de filiae morte cum amoris in eum significatione non uulgari, ob eam caussam, opinor, quod temporis caussa, Caesare dominate, apud quem gratiosus erat Dolabella, simulandum fuit. Notanda Pediani diligentia, qui Tulliolam scripsit apud uirum suum P. Lentulum ex parte decepsisse: cum neque Lentulus inter Ciceronis generos quisquam fuerit; & illa, ut Sulpicij uerba ostendunt, & ut ipso teste Cicerone probauimus, post diuortium perierit. **P**ARERET, **{** pepererat: sed infans obijt: de quo sic Cicero ad Att. ep. 16. lib. x. Tullia mea peperit puerum ἐπταύγιανον. quod οὐράνος, gaudebam; quod quidem est natum, perimbeillum est. Alij legunt, Pararet. decem octo libri habent, Parerent: unus omnino, Pararet. mihi, Pareret, esse rectius, & librorum consentientium auctoritas, & sententia ipsa persuasit. Optandum, inquit, uidetur, ut filios pareret, quos aliquando cum florentes cerneret, lactaretur. **P**ER. **S**E **{** suo studio, suaq. industria. **O**RDINATIM **{** honorum hic erat ordo, quaestura, tribunatus pl. aedilitas, praetura, consulatus, censura. inter quaesturam & tribunatum, itemq. inter tribunatum, & aedilitatem annum erat interuallum. aedilitatem, interposito biennio, praetura: praeturam, eodem interiecto spatio, consulatus sequebatur. censurae post consulatum definitus annus non erat. **L**IBERALITATE **{** dissentientibus antiquis libris, quorum alij, Liberalitatem, alij, Libertatem, habeant, sententiam consuli; quae mihi, Liberalitate, probare magis uisa est. quo nomine non largitio tantum, sed officium quod liber, omnisq. benignitas indicatur, ut ep. 9. lib. i. in extremo: Ad tuam liberalitatem, qua te scio libenterissime solere frui, pertinet, te sine ulla mora prouinciam successori concedere. Quamquam ex, Liberate, aliquid etiam elicio sententiae: ut ostendat Sulpicius, neminem amicis iam nauare operam, aut studium posse, cum libertas omnibus adempta sit. **V**TERENTVR **{** omnino hic diu me torfit ances dubitatio: cum in octo scriptis libris, Vti, uiderem, non, Vterentur. nam, et si non est, unde uerbum, Vti, commode pendeat; cum ab illo, Possent, interposita bonorum mentione disiungatur: tamen, quia plurimi apud me solet esse ueterum exemplarum testimonium, haerebam, haesiq. tamdiu, donec in libro perantiquo Caroli Sigonij, plane, & diserte scriptum uidi, Vterentur. quod in hoc toto uerborum ordine, atque ambitu, locum habet aptissimum. **H**ORVM **{** quae sunt haec? nimurum, quae proxime nominauit, res a parente tradita, honores, amici. **A**D E MPTVM **{** ui, & iniuria bellorum ciuilium. supra: Cogita ea nobis crepta esse, quae hominibus non minus, quam liberi, cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. Quid igitur, inquit, horum, quae adempta prius, quam data sunt, ad iuendum illam incitare potuit? **A**T. **V**ERO malum est, liberos amittere: **{** artis est, ex aduersarij persona nobis obijcere, quod eius tueri cauīam uideatur, nec tamen ad tuendum satis ualeat. adhibetur hoc genus, ubicumque disputatur, in orationibus quidem frequentissime, in epistolis nonnumquam, ut Ciceronis ad Brutum, quem locum lib. iii. recitat Quintilianus: Propositis pluriinis, quae honeste suaderi Caesari possent; sim ne bonus vir, si haec suadebam? minime, suasoris enim est finis, utilitas eius, cui quisque suadet. At recta sunt. Quis negat? sed non est semper rectis in suadendo locus. & ad Gallum, ep. 23. lib. vii. At pulchellae sunt. Noui optime, & saepe uidi: nominatin tibi signa, mihi nota, mandassem, si probassel. In oratione autem pro Cocio: At enim postea scimus, & uidimus esse hunc in illius amicis. Quis negat? Av̄τασαγωγή

Graece vocatur haec figura: cum difficile aliquid, & contrarium fateri cogimur: sed contra iniçimus non minus firmum; qualia sunt haec de Ptolomaeo rege apud Ciceronem. Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis. Aquila de figuris. **H A E C** } quae cum patimur, iucunda esse uita non potest. **E X . A S I A** } non quae tertia orbis terrarum pars est, sed ea, in qua Attalus regnauerat, quam ab eo legatum possedit postea populus Romanus. **A E G I N A** } inter Cyclades insula nobilissima, ab Aegina, Aeaci matre, nominata, cum Oenopia vocaretur antea, teste Ouidio lib. vii. Met. & Stephano. de hac Strabo, Plinius, Mela, alij. **M E G A R A M** } sitam urbem inter Peloponnesum, Atticam, & Boeotiam. **P I R A E V S**,} Athenarum portus, quadringentarum nauium capax: opidum quoque eiusdem nominis, quod L. Sulla, praefecto Mithridatis regis Archelao defendant, oppugnauit. uide Gellium lib. xv. cap. i. **C O R I N T H V S**,} Achaiae urbs opulentissima, quam L. Mummius euerit, anno urbis D C VI. Plutarchus, Velleius, alii, belli causa fuit, quod legatos Romanos sordibus Corinthi macularerant. Strabo lib. 8. Cicero in oratione pro lege Man. **O P I D A** } urbes nobilissimas vocat Opida. Corinthum quidem totius Graeciae lumen appellat in oratione pro lege Manilia. & lib. 1. de Divin. modo urbem, modo opidum Pheras nominat. Aristoteles, inquit, scribit, Eudemum Cyprium Pheras uenisse; quae erat urbs in Thessalia tum admodum nobilis: in eo igitur opido ita grauiter aegrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent. **D I R V T A** } Corinthi quidem uix relictum uestigium, ait Cicero in Agraria 2. postea restitutam a Caelare, Strabo narrat libro ultimo. **N O S . H O M V N C V L I** } argumentum a maiori. nam, si opida intercunt; quis perire homines miretur? Priscianus lib. III. Saepe inueniuntur deminutiorum deminutiva in diuersas definentia formas, ut homo, homuncio, homunculus, homullus, homullulus. **S I . Q V I S n o s t r u m i n t e r i j t ,** } Alijs placet, Nostrorum: ut de propinquis dicatur. Sed mutare non est necesse. eodem enim sententia redit, si, Nostrum, legimus cum omnibus antiquis libris. nam, et si de uniuerso hominum genere dictum sit. Si quis nostrum interiit; pro, cum accidit, ut homo aliquis intereat: ad eos tamen homines referri, qui nobis cari sunt, quis non intelligit? cari enim sunt non omnes omnibus, sed omnes suis: & quia nemo fere est, qui carus alicui non sit: ideo generatim recte Cicero dixit, quod deinde in partes diuiditur: Si quis nostrum interiit, indignatur. **C A D A V E R A** } interitus opidorum est euercio. apteigitur, Cadavera. **C O H I B E R E**,} uel, Cohibere, in timore mortis, nec uitam hanc magis, quam deceat, diligere; cum opida quoque eundem cum hominibus interitum expectent: uel, Cohibere, pro colligere: quod est, accurata cogitatione rationem perpendere: ut ep. 9. lib. 1. Collegi ipse me, & cum ipsa quasi rep. sum cellocutus. **H O M I N E M t e e s s e n a t u m ?** } id est, cum, cui moriendi necessitas impendeat, unde illud Anaxagorae, nunciata filii morte, Sciebam me genuisse mortalem, Tusc. 3. quo spectaculo arbitror poetam illum, cum Telamonem, audita Aiakis filii nece, dicentem induxit: Ego, cum genui, moriturum sciui. In eadem Tusc. Ethic infra: Quoniam homo nata fuerat. **M O D O , u n o t e m p o r e , t o t u i r i c l a r i s s i m i }** emphaticum habent singula. Omitto, inquit, uetera. modo interitum uidisti & uirorum, & clarissimorum, & multorum, & uno tempore. cur angeris ob amissam unius mulierculae animalum, cui tamen, communi naturae lege, moriendum aliquando fuit? **T A N T A deminutio** } non, quod ab imperio populi Romani gentes defecerint, sed quod, ciuili bello, & uectigalium fructus, & maiestas, ac uires etiam populi Romani, cactis tot hominum millibus, imminutae sunt. **O M N I S prouinciae** } Italia, cum Caesar Pompeium eiecit: Hispania, cum Pompeij legatos & exercitum in suam potestatem rededit: Graecia, cum ipsum Pompeium deuicit: Aegyptus, unde uictoriā, non sine uitiae periculo, reportauit: Asia, propter Pharnacem, Mithridatis regis filium, quem Caesar, Alexandria reuertens, nullo negotio superauit: Africa, in qua Scipionem, & Iubam regem uicit: Hispaniam rursus, in qua hoc tempore Caesar, consul i v. aduersus Pompeij liberos bellum gerebat. motum in Gallia fuisse nullum puto. **C O N Q V A S S A T A E** } impetu belli labefactatae, incommodis, & calamitatibus affectae. pro Sextio: Etiam exteras nationes illius anni furore conuassatas uidebamus. **M V L I E R C V L A E animula** } deminutis nominibus iactura leuior ostenditur. **H o m o n a t a** } nata, ut moreretur, morti enim homines debentur. paullo ante: Hominem te esse natum. Hominem, incerti sexus Donatus dicit esse, cum illud Terentij in Eun. interpretatur: In honestum hominem, quem mercatus est here, scēnam mulierem. Et Plautus in Cist. Hominis miserae misereri. Alij tamen aliter sentiunt. **E T I A M tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca:** } nescio quo modo mendum hoc irrepserat, quod uulgatos omnes libros occupauit, ijs tantum exceptis, quos olim edidit pater meus, quem pro eximia conservanda antiquitatis cura laudare satis nemo possit. ac mutationem quidem esse factam, eo magis miror, quod omnes libri ueteres, quotquot umquam uiderim, habent, Ad cogitationem non, Ac cogitationem, ut impressi. restituamus igitur ueritatem, uel negligientia, uel opinione corruptam. Fac, inquit Sulpicius, quod ego feci; qui cum opida, quondam florentissima, prostrata, ac diruta uidissim, inde animum ad cogitandum auocauit, reprehendiq. communem errorem, quod indignatur, si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum uitiae exiguo natura terminos circumscriptit; cum uno loco tot opidum cadauera projecta iaceant. haec me cogitatio ualde confirmauit. Etiam tu, cum tot uiri clarissimi uno tempore perierint, imminutum ualde sit imperium, prouinciae omnes conuassatae, ab hisce rebus, ut ego ab opidorum excidio, ad cogitationem animum auoca; nec unius mulierculae tantopere commouearis interitu; sed ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt. Ad cogitationem tuam, dixit, pro ad eam cogitationem, quae ad te ipsum pertinet; cum illa, de tot uirorum clarissimorum interitu, de imperij diminutione, de prouinciarum clade, non de ipso proprio, sed aliena cogitatio fuerit. ab hisce igitur rebus ad cogitandum de te ipso animum conuerte. **A B . H I S C E rebus** } quae te ex cruciant; cum in caede tot uirorum

niorum clarissimorum, in imperio deminuto, prouincijs conquassatis, plus omnino damni, quam in unius nullierculae animula, factum sit. **T**VA persona; grauem enim personam sustines, cum amplissimos magistratus eximia cum laude gesseris. Videtur in uerbo, Persona, honorificum quiddam inesse: ut lib.1.de Fin. Suspicor fore, qui genus hoc scribendi, et si elegans, personae tamen, & dignitatis esse negent. **Q**UAM D I V ei opus fuerat, non enim, cum resp. occideret, opus fuit. **P**R A E T O R E M, confidem, magistratuū alij maiores, alij minores uocabantur: maiores, praetor, consul, censor, minores, reliqui, hic maiores duo nominantur, Praetura, & consulatus. nam censuram Cicero non gessit. Gellius lib.XIII.cap.14. **A**V G Y R E M; augur creatus est, ut ait Plutarchus, in locum P.Craffi, a Parthis cum patre M. Craffo interficti: cum ab exsilio restitutus esset, antequam iret in prouinciam. nam antea sacerdotium illud non appetiuerat: ut ipse ad Catonem scripsit ep.4.lib.xv. **A**D O L E S C E N T I B V S p r i m a r i j s; tribus. nupsit enim primum C. Calpurnio Pisoni Frugi, ut est in ep.2.lib.1.ad Att.deinde Furio Crassipedi, de quo ep.7.lib.1.ad Lentulum, & ep.4.lib.2.ad fratrem: quo mortuo, uel relicto, (nam neque de obitu eius, neque de diuortio constat) P. Cornelio Dolabellae collocata est, ut in ep.12.lib.11x.& ep.16.lib.2. & alibi. a Dolabella, utiam diximus, dimissa, perijt ex partu. in quo notauius olim Plutarchi, & Asconij indiligentiam; qui duos tantum Ciceronis generos nominarunt, Pisonem, & Lentulum, in Lentuli etiam nomine peccantes. nam inter Ciceronis generos Lentulus nemo fuit. **P**R I M A R I S; omnibus quidem patricij generis. patriciae enim gentes, & admodum antiquae, Calpurnia, Furia, Cornelia. **C**VM. **R**E S P. occideret, uita excessisse. Eadem sententiam initio lib.3. de Orat. cum de L. Craffi morte loqueretur, consolationis loco posuit. Non uidit, inquit, flagrantem bello Italiam, non ardentem inuidia senatum, non sceleris nefarij principes ciuitatis reos, non lucretum filiae, non exsulum generi, non acerbissimam C.Marij fugam, non illam post redditum eius caudem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam ciuitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria praestitisset. ut ille, qui haec non uidit, & uixisse cum rep.pariter, & cum illa simu exstinctus esse uideatur. Et in libro de claris oratoribus opportuno tempore Hortensium obijisse ostendit, appropinquante reip. interitu. Occidit, inquit, cum lugere facilius rem posset, quam iuuare: uixitq. tam diu, quam licuit in ciuitate bene, beateq. uiuere. **H**O C nomine; hanc ob caussam, quod uita nunc excesserit. **C**I C E R O N E M esse, multis iam clarum uirtutibus. uis maior est in ipso nomine, quam si dixisset, Cogita qui sis. tale illud ep.7.lib.111. Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obuiam. Et ep.2.ad Att.lib.v.Cum Hortensius ueniret, & infirmus, & tam longe Hortensius. Et ep.2.ad Q. Fratrem lib.1.Cato adolescens, nullius consilij, sed tamen cuius Romanus, & Cato. Et illud Caesaris ad gubernatorem tempestati diffidentem: Caesarem uehis. Lugere autem in funere, & in reliquis calamitatibus, quo quisque nobilior & praestantior est uir, eo minus licet, itaque praclare Ennius:

Plebes in hoc regi antestat loco: licet

Lacrumare plebi, regi honeste non licet:

NE Q V E imitari; ita pendet hoc a uerbo, Noli, ut ex eo tamen eliciatur affirmatio: hoc modo: neque uelis imitari malos medicos, nam quadam ex negatione, & affirmatione composita, ut, Nemo, ex non & homo, Nolo ex non & uolo, in prima sententiae parte uim habent negandi, ut hic, Noli te obliuisci Ciceronem esse: in secunda affirmant, ut, Neque imitari: quod ita regitur, ut diximus, a uerbo Noli, ut subaudiatur non ea pars, quae in eo uerbo negat, sed ea tantum, quae affirmat. Sic & Cicero locutus ep.30.lib.2. Noli imprudens esse, nec mihi molestiam exhibere. nam particula, Nec, respicit ad Noli, sic tamen, ut, Velis, eliciatur, quod in, Noli, inclusum est. Horatius quoque affirmationem ex, Nemo, eduxit in ijs uerisibus.

Qui fit Maeccenas, ut nemo, quam sibi sortem

Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa

Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes? hoc enim, Laudet diuersa sequentes, cum referri necesse sit ad, Nemo; tamen affirmate sumi, plane constat. **Q**UAE alijs tute praecipere soles, ea tute tibi subiace, sic Cicero ad M. Brutum: Est alienum tanto uiro, ut es tu, quod alteri praecepit, id ipsum facere non posse. **L**ONGIN QVITAS temporis; eadem sententia alijs uerbis ep.16.lib.v.& ep.4.lib.vi. & ep.28.lib.vii. Tale illud Philippidae: Ο κονιός λαρπός σε θεραπεύσει χρόνος.

& Menandri: Πάντωνιατρος της αναγκαῖον κακῶν χρόνος εστι. & Diphili:

Αὔτης δὲ πάσου γνήτης λαρπός χρόνος. & Philetac: ΑΜ' οτρ' Καλχρόνος ζέλη, οὐδὲν διός ἀλγεα πέσσειν.

- E'Machai, καὶ πενθέων φάγματα μύρος ἔχει. **S**APIENTIA occurtere. Impetrat ratio, quod dies impetratura est, dixit ep.xi.lib.xii. ad Att. **S**I Q V I S inferis sensus est: dubitat in eo, quod philosophorum alij negauerant, alij crediderant potius, quam probauerant. Cicero in Catone maiore, Platonem fecutus, residere in morte sensum putat: ep.16.lib.xv. ita disputat, quasi ancipiiti sententia distrahitur. Isocrates dubitauerat, nam in Euagora, Εἴτης, inquit, εἰς τὸν αὐτόντας τοῖς τετελευτησοί περὶ τὸν εἴθαδε γιγνομένων. Et in Plataceenium supplicatione: Εἴτης αὖτας τοῖς ἐκάροντος εστι περὶ τῶν εἴθαδε γιγνομένων. Et in oratione Aeginetica. Θρασύλοχος, οὐ πατήσ ταύτης, ἡγεῖται δεινὰ πάσχει, ἔτι δέ τις εἰς αὐτόν τοῖς τεθνεώτοι περὶ τῶν εἴθαδε γιγνομένων, δεῖται τῷ μὲν θυ, ατέρας ἀποσεργμένων τῶν χρημάτων. **Q**VI ILLIVS amor in te fuit, notum loquendi genus: quod ualeat, Pro amore in te suo. ep.78.lib.xiii. Quae tua natura est. et ad Att.ep.9.lib.vi. Quae tua prudentia, & temperantia est. Et ad eundem ep.7.lib.vii. Quae tua est humanitas. & in ep. M.Bruti ad Ciceronem. **P**IETAS in omnes suos, dixiam, Pietatis nomen plus omnino, quam amoris, significare. ut in ep.9.lib.1. perspicue

cernitur usurpatum in deos parentes, propinquos, optime de nobis meritos. **R E I P. tempora,** miserrima, ob amissam libertatem. **A L I O R V M uistoriam** hoc dicit, quia paullo ante Caesar Pompeij liberos in Hispania deuicerat. **S I . H O C unum proposuero,** sic loquimur, cum ita nos aliquid dicturos esse ostendimus, ut aliquid tamen praeponere uelimus. **ep.10. lib. XIII.** Videor mihi, cum separatim de probitate eius, & moribus dicturus fuistem, si prius causam, cur cum tantopere diligenter, tibi exposuisssem. Et lib.2. Off. Quoniam nonnumquam hoc subsidium necessarium est, quemadmodum eo sit utendum, dicemus, si prius ijs de rebus, quae uirtuti propiores sunt, dixerimus. Et in Phil.xiv. Ad litteras ueniam, quae sunt a consulibus, & propraetore missae: si pauca ante, quae ad ipsas litteras pertinent, dixerim. Et in eo commentariolo, qui de optimo genere oratorum inscribitur: Aggrediamur iam, quod suscepimus, si prius exposuerimus, quae causa in iudicium deducta sit. In Verrem lib. III. Haec dicentur alio loco: nunc proficiscemur ad reliqua; si pauca erimus a uobis, iudices, deprecati. Et ibidem, infra: Omnes iniquitates, de quibus ante dixi, sui quaestus caussa reperiisse conuincam; si prius illud propaginaculum, quo contra meos omnes impetus usurum se putant, ex defensione eius deiecero. **A D I P I S C I .** Apisci, placet alijs, non contemno antiquitatem, colo etiam, & obseruo: sed, Adipisci, cur non retineam, cum omnes in eo mei ueteres libri, nullo discrepante, consentiant? **O N V S ,** ut ferre non queas, respexit ad id, quod proxime dixerat, Aequo ferre. **H A E C V N A }** in aduersis constantia, & fortitudo. **T R A N - Q U I L L I O R E esse animo** sic libri septem antiqui: alij, Tranquilliorem. utrumque recte. **P R O V I N C I A }** Achaia: quae & Graecia dicta est. **ep.6. lib.vi.** & Ptolemaeus de tota Sulpicij Achaica iurisdictio- ne, uide, quae diximus ep. 12.

Argumentum ep. 6.

R Epondet Sulpicio consolanti, dolorem suum, lectis illius litteris, aliqua ex parte lenitum: sed nemini umquam in eiusmodi casu aut plures, quam sibi, dolendi cauſas, aut grauiores fuisse: leuationem tamen sibi fore maximam, si eius consuetudine, sermonibusq; frui liceat.

Cicero S. D: Sulpicio. 6.

E GO uero, serui, uellem, ut scribis, in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. quantum enim praesens me adiuuare potueris & consolando, & prope aequo dolendo, facile ex eo intelligo, quod, litteris tuis lectis, aliquantulum acq[ue]uiui. nam & ea scripsisti, quae leuare luctum posſent; & in me consolando, non mediocrem ipſe animi dolorem adhibuisti. Seruus tu[us] tuus, omnibus officijs, quae illi tempori tribui potuerunt, declarauit, & quanti ipſe me faceret, & quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cuius officia iucundiora scilicet saepe mibi fuerunt, numquam tamen graviora. me autem non oratio tua ſolum, & societas paene aegritudinis, ſed etiam auctoritas consolatur. turpe enim eſſe existi, me non ita ferre caſum meum, ut tu, talis a pientia praeditus, ferendum putas. ſed opprimor interdum, & uix reflo dolori: quod eame solatia deficiunt, quae caeteris, quorum mibi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt. nam & Q. Maximus, qui filium consularem, clarum uirum, & magnis rebus geſtis, amisit, & I. Paullus, qui duos septem diebus, & ueſter Gallus, & M. Cato, qui ſummo ingenio, ſumma uirtute filium perdit, ijs temporibus fuerunt, ut eorum tun ipſorum dignitas consolaretur ea, quam ex rep. conſequantur. mibi autem, amissis ornamentis ijs, quae ipſe commemoras, quaeq; ex am maximis laboribus adeptus, unum manebat illud ſolatium, quod erexit, eft, non amicorum negotijs, non reip. procuratione impediēban-

tur cogitationes meae: nihil in foro agere libebat: adspicere curiam non poteram. exſtinabam id, quod erat, omnes me & industriae meae fructus, & fortunae perdidiſſe. ſed, cum cogitarem haec mibi tecum, & cum quibusdam eſſe communia; & cum frangerem iam ipſe me, cogeremq; illa ferre toleranter: habebam quo confugrem, ubi conqueſcerem; cuius in sermone, & ſuauitate omnes curas, doloresq; deponerem. nunc autem hoc iam graui uulnere etiam illa, quae conſeuiffiſſe uidebantur, recrudescunt. non enim, ut tum me a rep. maſtum domus excipiebat, quae leuaret: ſic nunc, domo maerens, ad remp. confugere poſſum, ut in eius bonis acquiescam. itaque & domo abſium, & foro: quod nec eum dolorem, quem a rep. capio, domus iam consolari poſteſt, nec domesticum reſpoſto. quo magis te exſpecto, teq; uidere quamprimum cupio. maior mibi leuatio afferri, nulla poſteſt, quam coniunctio conſuetudinis, sermonumq; noſtrorum. quamquam ſperabam tuum aduentum (ſic enim audiebam) appropinquare. ego autem cum multis de cauſa te excepto quamprimum uidere, tum etiam, ut ante conmentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus, quod eft totum ad unius uoluntatem accommodandum, & prudentis, & liberalis, & ut perſpexiſſe mibi uideor, nec a me alieni, & tibi amicissimi, quod cum ita ſit; magna tamen eft deliberationis, qua ratio ſit ineunda nobis, non agendi aliquid, ſed illius conſeuſu, & beneficio quiescendi. Vale.

EXPLA-

EXPLANATIO

EGO. VERO, Serui, uellem, } cum in rescribendo amici consilium, aut uoluntatem comproba-
mus, utimur simili principio: ad Curium, ep. 30. lib. viii. Ego uero iam te nec hortor, nec rogo, ut do-
mum redeas: quin hinc ipse euolare cupio. Ad Varromem, ep. 5. lib. ix. Mihi uero, ad nonas, bene matu-
rum uidetur fore. Ad Tironem, ep. 12. & 22. lib. xvi. Ad Att. ep. 40. 42. lib. xiii. & ep. 3. lib. xvi. EA
SCRIPSISTI, } quod prudentiae, & doctrinae fuit. DOLOR EM adhibuisti. } quod humani-
tatis, & amoris. ILLI temporis illi calamitati: ut ep. 9. lib. i. Habui non temporum solum rationem
meorum, sed etiam naturae. Et ibidem, paullo post: Scripti tres libros de temporibus meis. TIBI
gratum } eadem fere sententia clausit epistolam tertiam. IVCVNDO R A } iucunditati locus non
est in rebus miseriis, nec fere iucundum quidquam, quod non idem gratum: grata uero multa, non eadem
iucunda. ep. 18. lib. xiii. Tale iudicium tuum non potest mihi non summe esse iucundum, quod cum ita
sit, esse gratum necesse est. ep. 15. lib. v. Gratus, & optatus amor tuus: dicerem, iucundus, nisi id uerbum
in omne tempus perdidisset. Similiter ep. 15. lib. i. ad Att. Fuit mihi saepe & laudis nostrae commemo-
ratio iucunda, & timoris consolatio grata. et ep. 20. lib. ii. ad cundem: Auunculum tuum officio functum
esse, probo: gaudere meum dicam, si mihi hoc uerbo licebit uti. Ibidem, ep. 24. Ista ueritas, etiam si in-
cunda non est, mihi tamen grata est. AEGRITUDINIS, } Ut Aegrotatio in corpore, sic Aegritudo
in animo, nomen habet. Tusc. 4. & ibidem: Praeclare nostri molestiam, sollicitudinem, angorem, propter
similitudinem corporum aegrorum, Aegritudinem nominauerunt. NON. ORATIO tua solum, & so-
cetas paene aegritudinis, sed etiam auctoritas } tria consolantur, rationes ad minuendum luctum aptae;
dolor eius ipsius, qui consolatur; auctoritas demum sapientis, & clari uiri, quae rationibus uim, & pon-
dus addat. rationes, & auctoritatem attigit in ep. ad Brutum, hoc modo: Me quidem cum rationes, quas col-
legeras, tum auctoritas tua a nimio maerore deterruit. Et ibidem proxime: Iudicium tuum magni aesti-
mans, idq. ueritus, me ipse collegi, & ea, quae didiceram, legeram, acceperam, grauiora duxi, tua auctori-
tate addita. Q. MAXIMVS. } Quos hic nominat, eosdem, & alios praeterea, ut exemplo multorum
sedarer Italicum suum, in eo libro collegit, quem, De consolatione ad se ipsum, inscriptit. legimus enim haec
in Epithaphio Nepotiani, apud Diuum Hieronymum: L. Paullus septem diebus inter duorum exsequias si-
liorum triumphans urbem ingressus est. Praetermitto Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scae-
uolas, Metellos, Marcios, Crassos, Marcellos, atque Aufidios; quorum non minor in luctu quam in bellis,
uirtus fuit; & quorum orbitates in Consolationis libro Tullius explicavit. In tertia Tusculana Gallum no-
nominat. Qualis, inquit, Q. Maximus fuit, efferens filium consularem: qualis L. Paullus, duobus paucis
diebus filiis amissis: qualis M. Catō, praetore designato, mortuo filio: quales reliqui, quos in Consolatio-
ne collegimus. Q. Maximus est ille Fabius, qui rem Romanam secundo Punico bello, superiorum ducum
temeritate cuersam, cunctando restituit: de quo Ennius,

Vnus, qui nobis cunctando restituit rem. quem uersum Virgilius usurpauit lib. vi. eti
Maximi cognomen ab aro, Q. Fabio Rulliano, accepit, ut ex Liuio, & Valerio constat: tamen cum, Q.
Maximus, legitur, non ille Rullianus, sed hic Verrucosus significatur, ut in libro de Sen. Multa in eo uiro
praetaria: sed nihil est admirabilius, quam quo modo ille mortem Marci filij tulit, clari uiri, & consularis. MAGNIS rebus gestis, } quarum illa fuit maxima, quod Hannibalem iuueniliter exultantem patientia
sua mollivit. Arpes quoque recepit: quod opidum Hannibalis praesidio tenebatur. L. PAULLVS, } Aemilius, qui Macedoniam, uicto rege Perse, ad imperium adiunxit, intulitq. ex praeda in aerarium bis
millies centies H-S, ut ait Velleius, idest sexages tricies centena millia scutatorum. DVOS septem die-
bus, } patet historia apud Plutarchum, Liuium lib. x & v. Velleium lib. i. & alios. VESTER Gallus, } qui Sulpicia gentis. fortasse, cum hic Cicero consularium uirorum exemplis uti uideatur, hic est C. Sul-
picius Gallus, qui consul denicit Ligures, anno urbis, p. xx c. vii. de quo sic in Lachio: Memineram Paullum,
uideram Caium: sed hi nec comparantur Catoni. Et paullo post: Viros bonos numeremus Paullos,
Catones, Caios, Scipiones, Philos. Et infra ibidem: Hac nos adolescentes benevolentia senes illos, L. Paullum,
M. Catonem, C. Gallum, P. Nalican, Ti. Gracchum diximus. M. CATO, } ille Censorius, &
bellicis rebus, & doctrina clarus. FILIVM, } de quo sic in libro de senectute Catō ipse loquitur: O
praeclarum illum diem, cum in illud animorum concilium, coctumq. proficiscar; & cum ex hac turba, &
colluitione discedam, proficiscar enim non ad eos solum uiros, de quibus ante dixi, sed etiam ad Catonem
meum: quod nemo uir melior natus est, nemo pietate praestantior: cuius a me corpus crematum est: quod
contra decuit ab illo meum: animus uero non me deferens, sed respectans in ea profecto loca discessit, quo
mihi ipse cernebam esse ueniendum, quem ego meum casum fortiter ferre uisus sum, non quod aequo ani-
mo ferrem: sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum, & discessum fore.
Plutarchus ait a patre uirum optimum in eius libris appellari solitum: nec ab eo, sed a Salonino Catone,
quem e Salonij scribæ filia, post obitum prioris uxoris, censorius Catō suscepserat, originem duxisse Ca-
tonem illum, qui se Uticæ interfecit. quod Gellius confirmat lib. iii. cap. 19. AD SPICERE curiam
non poteram. Curia, templum, aedes sacra, diversa esse possunt. nam curiae, ut ait Varro, duorum gene-
rum; eae, in quibus sacerdotes res diuinas curabant, a Romulo institutas; & eae, ubi senatus humanas, ut
curia Hostilia; quae neque templum fuit, nisi postquam per auguria constituta est; neque aedes sacra, quia
nulli

nulli deo dicata . sed , cum senatus consulta non nisi locis per auguria constitutis , quae templa uocabant , haberi possent ; propterea & curia Hostilia , & Pompeia , & Iulia quoque , cum profanae fuissent , per auguria constitutae sunt . quod a Varrone proditum indicat Gellius lib . xiv . cap . 7 . Eadem ratione templum ab aede sacra distat . nam templum per se auguratum est , non sanctum : aedes uero sacra per se sancta , non augurata , ut aedes Vestae : sed , si augurio constituitur , ut multae , quod ait Varro ; tunc & sancta , & augurata est , ideoq . & curia , & templum . Rostra in foro saepe templa nominantur , quod augurato constituta : quae tamen neque aedem sacram , neque curiam fuisse , satis constat . IN D U S T R I A E meae fructus , industriae fructus erat , prodesse amicis in foro , reip . in curia . FORTUNAE } quis est hic fortunae locus ? fortasse , quia fortuna industria adiuuat . FRANGEREM ipse me , } illata animo ui , ut illa gravissima toleranter tamen ferret . CONSENVISS E } nihil muto , ne dissentiam sine causa ab omnibus antiquis libris , quos quidem adhuc uiderim . nec uidetur obscura sententia . Illa , inquit , quae me graueriter affecerant , consenuisse iam uidebantur : nam uetus dolorem sedat : nunc eadem , hoc tam gravi uulnere , recrudescent . Metaphora est ab ijs morbis , qui licet uetus late non omnino tollantur , quotidie tamen ex consuetudine leuiores fieri uidentur . non enim sublata ea mala Cicero significat , sed animum suum diu turnitate tanquam occalluisse , ut aliquanto minus ea sentiret : nunc autem ueterem sibi acerbitatem nouo esse uulnere renouatam . Accedit eiusdem Ciceronis testimonium . nam ep . 26 . lib . vii . Senescens , ait , morbi remissio . Sic Senescens laus , alibi dixit . ET DOMO absum , & foro : } erat igitur in agris . IN EIVS BONIS } quae nunc nulla sunt . LEVATIO } Ratio , mei ueteres libri omnes : quod sententia non caret . Aliorum tamen coniectura non displicet . TIBI amicissimi } quia consul Sulpicius M . Marcellus collegae , Caesari Gallias ante diem eripere conanti , restiterat , pacisq . semper auctor fuerat . ep . 1 . & 3 . & Suetonius : amicissimus etiam Sulpicio Caesar , quia suis in praefidiis eius filius ciuili bello fuerat . ep . 17 . & 18 . lib . ix . ad Att . & 3 . lib . 10 . ad eundem .

Argumentum ep . 7 .

Victis in Thessalia Pompeij partibus , diuersum a reliquis Pompeianis M . Marcellus consilium cepit . nam neque ad Caesarem uictorem suppplex uoluit accedere ; quod fortis animi fuit : neque se ad eos adiunxit , qui bellum in Africa renouandum putarunt ; arbitratus , cum integri pares non fuissent , fractos superiores esse non posse . quod ab eo factum sapienter , belli exitus declarauit . locum igitur bello uacuum Marcellus delegit , ubi , tamquam in exilio , procul a patria seruiente , in qua nihil iam leges , nihil mos maiorum ualeret , procul ab armis , in quibus uictoriae spes nulla , existium esset exploratum , sibi ipse uiueret . quod consilium in hac epistola nec probat Cicero , cum ipse , profligatis Pompeij partibus , in Italiam statim redierit ; neque reprehendit , ne uirum grauem , hominem sibi amicissimum , imprudentiae damnare uideatur . utitur igitur uia quadam , & ita Marcelli factum laudat , ut modum in eo requirat . ad persuadendum colligit haec : posse Marcellum , si Romam redeat , nullo negotio fortunas suas obtinere : se quoque , cum in eadem esset causa , ad Caesaris clementiam configisse , ueniamq . impetrasse : inimico Caesare , Marcellum nusquam fore tutum ; amico , debere illum Rhodo , & Mitylenis Romanam anteponere ; idem omnes , qui eum diligent , sentire : habendam etiam rei familiaris rationem , quae ut , ipso praesente , facile conseruari , sic , absente , diripi , ac dissipari possit . Commemorat Marcelli fratris lacrumas , & dolorem suum : gratia se non abundare , sed ad omnia , quae possit , paratum esse demonstrat . Tota moralis est epistola . C . Caesare III . M . Lepido cos . post bellum Africanum .

Cicero

Cicero S : D : M. Marcello. 7.

ET SI eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam; non quin ab eo ipse diffensionem; sed quod ea te sapientia esse iudicem, ut meum consilium non anteponam tuo: tamen & amicitiae nostrae uetus, & tua summa erga me benevolentia, quae mihi iam a pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quae & saluti tuae conducere arbitrarer, & non aliena esse ducerem a dignitate. Ego, eum te esse, qui horum malorum initia multo ante uideris, consulatum magnificentissime, atque optime gesseris, praeclara memini. sed idem etiam illa uidi, neque te consilium ciuilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeij, nec genus exercitus probare, semperq. summe diffidere, qua in sententia me quoque fuisse, memoria tenere te arbitror. itaque neque tu multum interfueristi rebus gerendis; & ego id semper egī, ne interessem. non enim ijs rebus pugnabamus, quibus ualere poteramus, consilio, auctoritate, causa, quae erant in nobis superiora; sed lacertis, & uiribus, quibus pares non eramus. uicti sumus igitur; aut, si uinci dignitas non potest, fracti certe, & abieciti. in quo tuum consilium nemo potest non maxime laudare, quod cum se uincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem; ostendistique, sapientem, & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitum suscipere, extrema libenter non persequi. Qui non idem consilium, quod tu, secutis sunt; eos uideo in duo genera esse distractos. aut enim renouare bellum conati sunt, hi que in Africam contulerunt; aut, quemadmodum nos, uitiori se crediderunt. medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis fateor, & plerisque, uel dicam ab omnibus, sapiens tuum consilium, a multis etiam magni, ac fortis animi iudicatum; sed habet ista ratio, ut mihi quidem uidetur, quendam modum; praesertim cum tibi nihil deesse ar-

bitrare ad tuas fortunas omnes obtainendas, praeter uoluntatem. sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod uereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares. de quo quid sentiam, nihil attinet dicere; cum appareat, ipse quid fecerim, sed tamen, si iam ita constituisse, ut abesse perpetuo malle, quam ea, quae nolles, uidere: tamen id cogitare deberes, ubicumque esses, te fore in eius ipsis, quem fugeres, potestate. qui si facile passurus eset, te, carentem patria, et fortunis tuis, quiete, & libere uiuere; cogitandum tibi tamen eset, Romae ne & domi tuae, cuiusmodi res eset, an Mitylenis, aut Rhodi malle uiuere. sed, cum ita late pateat eius potestas, quem ueremur, ut terrarum orbem complexa sit: non ne maius sine periculo tuae domi esse, quam cum periculo alienae? equidem, etiam si oppetenda mors eset, domi, atque in patria mallem, quam in externis, atque alienis locis. hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt; quorum est magna pro tuis maximis, clarissimisq. uirtutibus multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuae, quam dissipari nolumus. nam, et si nullam potest accipere iniuriam; quae futura perpetua sit; propterea quod neque is, qui tenet remp. pateretur, neque ipsa resp. tamen impetum praedonum in tuas fortunas fieri nolo. ij autem qui essent, auderem scribere, nisi te intelligere considerem. Hic te unius sollicitudines, unius etiam multiae, & assidue lacrumae C. Marcelli, fratris optimi, deprecantur. nos cura, et dolore proximi sumus, precibus tardiores, quod ius adeundi, cum ipsi deprecatore eguerimus, non habemus gratia tantum possumus, quam tuum uicti: sed tamen consilio, studio Marcello non desumus: a tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati sumus. Vale.

EXPLANATIO

ET SI. E. O. T. E adhuc consilio usum intelligo, monendi partes qui suscipit, uitare debet uitium arrogantiae. ideo capit initium Cicero a laude Marcelli. Porro, quia facilius impetrat amicus, quam alienus; mentionem induxit ueteris amicitiae. **N**ON. **Q**VIN ab eo diffensionem; non enim eo, quo Marcellus, consilio usus erat; quippe qui, post Pharsalicam pugnam, desperatis rebus Brundisium se contulit. infra, De quo, inquit, quid sentiam, nihil attinet dicere; cum appareat, ipse quid fecerim. **N**ON anteponam; captat benevolentiam a molestia sua, & a Marcelli laude. **N**ON aliena a dignitate. hoc addit, quia, Romae uiuere, cum unius uoluntas pro legibus eset, contra dignitatem Marcellus existimat. potius tamen pro tuenda salute, fortunisq. conseruandis, quam pro dignitate, rationes adducuntur. nisi si ad dignitatem illud pertinet: si per Caesarem liceat in alienis etiam locis quiete, ac libere uiuere, cogitandum tamen esse, Romae ne potius, & domi, an Mitylenis, & Rhodi uiuendum esse uideatur. **E**GO, eum te esse, aggreditur probare, satis iam officio Marcellum fecisse: ut ostendat, debere eum aliquando cum suis in patria uiuere. **M**ULTO ante; itaque Caesaris potentiam, adempta ei provincia, minuere conatus est. in quo Sulpicium collegam habuit aduersarium. Suetonius, & ep. 3. ad Att. lib. IX. **I**TA. **G**ERENDI; quod urbem Pompeius primum, deinde Italiam, stulto consilio deseruit. hoc in epistolis ad Att. saepe accusat Cicero. atque etiam ep. x. lib. XVI. ad Tironem, Vrbem, inquit, reliquimus; quam sapienter, aut quam fortiter, nihil attinet disputare. **C**OPIAS; militum numerum: quem cum, ante Caesaris aduentum, maximum promisisset, Caesaris aduentu nunciato, paratum exercitum non habuit: ex quo Fanonij uox illa, Nunc, Pompei, terram pede percute: quia promiserat, ubi terram pede percussisset, illico futurum, ut adfessent ingentes peditum, equitumq. copiae. quod postea non praefstit. ep. 3. lib. VII. Neque magnas copias, neque bellicosas. **G**ENVS exercitus; ex tironibus magna ex parte collectum. ep. 3. lib. VII. Signa, inquit, tirone, & collectio exercitu cum robustissimis legionibus contulit.

tulit. QVA. IN sententia me quoque fuisse,} confirmat idem in oratione pro Marcello: Nostri, inquit, sensus ut in pace semper, sic in bello congruebant. NE interesset,} cum bellum suscipetur, ideo dixit ep. 6. lib. vi. Suscepsum bellum est, qui escente me; depulsum ex Italia, manente me, quo ad potui. Et ep. xi. lib. xvi. Ego adhuc orae maritimae praesum a Formijs, nullum maius negotium suscipere uolu. & ep. xi. ad Att. lib. vii. CONSILIO, auctoritate,} eandem sententiam alijs uerbis enunciavit ep. 1. lib. vi. CVM. SPE uincendi,} idem alijs uerbis ep. 3. lib. vii. Non putau, inquit, cum integri pares non fuissimus, fractos superiores fore. SAPIENTEM, & bonum,} bonū, quia bellum ciuile pro salute, ad dignitatem patriae suscipiat; sapientem, quia inuitus: cum exitus uictoriae maxime sit incertus. EX TREMA libenter non persequi,} ut iij, qui se in Africam contulerunt. Scipionem, Catonem, Labienum, aliosq. significat. quos neque Marcellus, neque Cicero secuti sunt. ep. 6. lib. ix. IN AFRICAM,} ad Iubam regem, qui, Curione, Caesarianarum partium duce, imperfecto, equitatum firmissimum, & elephantos plurimos habebat, ideo stultitiam eorum, qui ad bestiarum auxilium confugrant, carpit Cicero in ep. 6. lib. ix. MEDIUM,} ut neque bellum renouares, neque Romam redires, sed in opidum liberum, & ab armis remotum, te reciperes. VT. MTHI quidem uidetur,} hoc interposuit modestiae caussa, ne Marcelli consilium plane reprehendere uideatur. FORTVNAS,} ueritas, ne, practer alias caussas, hoc etiam nomine Marcellus exsulare statuisset, quod fortunarum suarum incolumentem desperaret, optime Caesarem in eum esse animatum significat, nec dubitandum, quin suas fortunas obtinere possit. PENES quem est potestas,} qui remp. tenet, dixit paullo post: Qui locus hoc dominatu uacat? & Qui omnia tenet, in epistola sequenti: Ad quem delata sunt omnia, ep. 9. Qui plurimum potest, ep. 13. Qui rerum potiuntur, ep. 8. lib. 1. BENEFICIVM non putares,} latenter significat, si Marcellus, ut multi, ueniam a Caesare uelit petere, eius fortunas omnes fore saluas. quod ut faciat, aperte non hortatur; ne magni animi uirum offendat: hortationis autem loco, prudenter subiungit illud: De quo quid sentiam, nihil attinet dicere: cum appareat, ipse quid fecerim. Post Pharsalicam enim pugnam, Caesar & Ciceroni, & alijs ignouerat. COGITANDVM tibi tamen effet,} primum argumentum sumpsit a fortunarum spe, alterum ab exemplo sui facti, tertium a Caesaris potestate, quartum hic subiungit ab honestate. nam, ut Mitylenis, aut Rhodi uiuere aquae ac Romae tutum sit, certe honestius in patria tua. Verbum autem, Cogitandum, ad honestum spectasse Ciceronem potius, quam ad iucundum, significat: quamquam in epistola sequenti, cum simili uteretur argumento, dixit, Qui locus est domestica sede iucundior? quamquam ibi statim de dignitate subiunxit. CIVIS MODI res effet,} quaecumque resp. effet. quod ep. 9. expressit. MITYLENIS,} quo se contulerat a Pharsalica pugna, in Bruto: Vidi enim Mitylenis uitrum. Et Valerius Max. lib. ix. cap. xi. & Seneca in libro de Consolatione ad Albinam. & hic ep. 3. lib. vii. VEREMVR,} minus est, quam, timemus: ualet enim: quem ne offendamus, ueremur. CVM eius potestas orbem terrarum complexa sit,} in epistola sequenti, Qui locus hoc dominatu uacat? ALIENAE,} minor enim in externis locis ad facinus uercundia. ep. 9. ETIAM si oppetenda mors effet,} non modo Romae esse malim, cum in urbe minus, quam in externis locis, periculi esse uideam, sed etiam si oppetenda mors effet. FTVRA perpetua,} in re tua familiari non perpetuam iniuriam, sed repentinum aliquem, te absente, praeponendum impetum extimesco. QUI. ESSENT,} Caesarianos quosdam, insigni audacia, & fortasse egentes, designat. C. MARCELLI,} qui consul fuerat post M. Marcellum anno proximo. FRATRIS optimi,} patruelis, ut ait Suetonius. TE. DEPRECANTVR,} tuam salutem a Caesare precibus petunt. Deprecamur, uel cum expetimus aliquid, uel cum recusamus. prior significatio patet hic, & in oratione pro Marcello, Cum, inquit, M. Marcellum, deprecantibus uobis, conseruauit. Et ad Cornificium ep. 24. lib. xii. Senatus legatos non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi legatorum nuncio paruisse. Alterius exemplum significationis unum illud pro Balbo, cum suppetant multa, recitabimus: Quiddam de communis condicione omnium nostrum, deprecandae malevolentiae caussa, deprecandum uidetur. PRECIBVS tardiores,} hic locus ostendit, C. Marcellum, eti Caesaris dignitatem, ut in Suetonio legimus, consul oppugnauerat, ciuili tamen bello non interfuisse. alioqui deprecatore ipse quoque eguisset: quod de se ipso Cicero subiungit. DEPRECATOR,} in primis pro eo deprecatus uidetur gener eius Dolabella. ep. 7. lib. xi. ad Att. in oratione tamen pro Marcello, ut seruiret praeſentis Caesaris auribus, eiusq. gratiam humanitatis laude colligeret, ait se, nullo deprecante, reip. redditum. ATVIS reliquias,} a reliquis Marcellis. qui uidetur de Marcelli reditu non ualde laborasse. nam & in sequenti epistola, Redeo, inquit, ad unum illud, me tuum fore cum tuis; si modo erunt tui. idq. Marcellus ipse in suis litteris significauit, in eo loco: In summa paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorum, qui uere meae salutis fauerent, te cupidissimum mei, singularemq. mihi benevolentiam praefuisse cognoui. Quare interdum inibi uenit in mentem suspicari, ne de his etiam loquatur, cum scriptis, Ii qui essent, anderem scribere, nisi te intelligere considerem. NON adhibemur,} ad consilium de tuo reditu capiendum. ep. 25. lib. x. Hacc eadem locutus sum domi meae, adhibito Quinto fratre meo, & Caecina, & Caluicio. Et ep. 7. lib. xi. Cum adhibuisset domi meae Lupus me, et Libonem, & Seruum.

Argum-

Argumentum ep. 8.

PArtes huius epistolae sunt tres. in prima laudat Cicero Marcelli prudentiam, & fortitudinem, ut eius uel monendi, uel confirmandi officium ideo uideatur omittere, quia necessarium non putet: in secunda se paratum ad omnia pollicetur: in tertia, studet ei persuadere, ut omnino, quicumque status reip. sit, in patria uiuat. Eodem anno.

Cicero S. D. Marcello. 8.

NE Q U E monere te audeo, praestanti prudentia virum; nec confirmare, maximi animi hominem, virumq. fortissimum; consolari uero nullo modo. nam, si ea, quae acciderunt, ita sers, ut audio gratulari magis uirtuti debo, quam consolari dolorem tuum. si te tandem mala reip. frangunt: non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum ipse me non possem. Reliquum est igitur, ut tibi in omni re eum praebeam, praestemque, ut ad omnia, quae tui uelint, ita ad sim praefeo, ut me non solum omnia debere tua causa, quae possum, sed ea quoque, quae non possum, putent. Illud tamen uel tu me mouisse, uel censuisse puta, uel propter benevolentiam tamen non potuisse; ut, quod ego facio, tu quoque animum inducas, si sit aliqua resp. in ea te esse oportere, iudicio omnium, req. principem, necessitate cedentem temporis; si autem nulla sit, bunc tamen apertissimum esse etiam ad exsulandum locum. si enim libertatem sequimur, qui locus hoc dominatu uacat? si qualemcumque locum; quis est domestica sede iucundior? sed, mihi crede, etiam is, qui omnia tener, faciet ingenij, nobilitatem uero, & dignitatem hominum, quantum ei res, & ipsius causa coedit, amplectitur. Sed plura, quam statueram, redeo ergo ad unum illud, metuum fore cum tuis, si modo erunt tui; si minus, me certe in omnibus rebus satis nostrae coniunctioni, amoriq. facturum. Vale.

EXPLANATIO

HOMINEM, virumq. saepe utrunque coniungitur ad augendam laudem. nam, homo, communis nomen est: vir, proprium eorum, qui aliqua laude praestant. **VIRTVTIS**, cuius eximia uis non in secundis, sed in aduersis rebus agnoscitur. **PRÆBĒAM**, praestemq. multi enim se praebent, nec praestant. & in uerbo, Praebeo, species quedam propensi ad iuuandum animi; in Praefeo, res ipsa, & actio declaratur. **ADSIM** praefeo, in uulgatis libris, Sim praefeo. ego, cum in antiquis omnibus, Adsim, uiderem; et si ad sententiam, utro modo legatur, parui refert; tamen, antiquitatis conseruandae causa, Adsim, malui. **QVAE POSSIM**, uereor, ne commenticium hoc sit: nullo quidem in antiquo libro reperitur: & abesse potest. **EA. CVO QVE**, mei ueteres omnes libri, uno tantum excepto, addunt, Etiam. nec displicet. augeri enim quodam modo sententia uidetur, si, Etiam, auersa semicircuilla nota a Quoque disiungat, ut sequentibus seruiat. **PVENT.** & hic aliquot non recenter scripti libri habent, Putem. **VEL** censuisse, correctione utitur, quis dixerat iam, Neque monere te audeo, praestanti prudentia virum. **REQ. PRINCIPEM**, qui principem dignitate, & auctoritate locum tenebis, necessitate, qua excusantur actiones nostrae, cedes tempori, cum ad unum Caesarem referri omnia uidebis, & feres. in ep. sequenti. **AD. EXSVLANDVM**, si Romae, ut in rep. id est ut in antiquo legum, ac morum optimorum domicilio esse non potes; sis tamen ut in exsilio. **HO C DOMINATU UACAT?** cum eius potestas, quem ueremur, terrarum orbem complexa sit. in ep. superiore. **SED**, mihi crede, quamquam, inquit, praeter iucunditatem, uolo te etiam de tua pristina dignitate sperare plurimum. **FAVET** ingenij, eadem rationem, cum Caecinam spe melioris fortunae consolaretur, usurpauit. Ingenij, inquit, excellentibus, quale est tuum, mirifice delectatur. **NOBILITATEM**, a maioribus acceptam. **DIGNITATEM**, ipsius Marcelli. **RES**, natura bellorum ciuilium, quae non concedit, ut uictor eos, qui contra arma tulerint, uehementer orret. **IPSIVS CAUSA**, rationes eius, id, quod ad ipsum proprie pertinet. **SI. MODO** erunt tui; quis non intelligit, carum suis Marcellum non fuisse? licet in obscuru causa sit. ideo in epistola superiore: A tuis reliquis non adhibemur.

Argumentum ep. 9.

ET hic refellere omnia conatur, quae redditum in patriam dissuadere Marcello uidebantur. Non libenter uides ea, quae sunt: at eadem audiuntur quotidie, quae maiora etiam uideri solent. Acerbum putas, si cogit aris uel dicere, quod non sentias, uel facere, quod non probes. esto: necessitas excusat. uerum nec loqui contra sententiam suam quisquam cogitur: & tacere plane licet. At unus omnia tenet. idem accidisset uictore Pompeo; qui etiam crudelior fuisset; ut ex praeteritis intelligitur. Laudem ex consilio tuo consecutus es. fateor. sed huius quidem laudis partem sibi aliquam fortuna uindicat; cuius beneficio factum est, ut honesto otio tenueris & statum, & famam dignitatis tuae. quod cum ita sit, qui tibi secundam perpetuo sortunam praestare potes? habet igitur ista ratio modum quendam. Si iucunditatem quaeris; qui locus domestica sede iucundior, aut dulcior? Adspetum patriae fugis, quia deformior est. miserere potius, nec auge miseriam eius absentia tua. Magni animi laus te delectat: ideo supplex ad Caesarem ire no luisti. potest adscribi superbiae, si aspernaris eiusdem liberalitatem. Nec tam sapientia uidetur, carere patria seruiente, quam inhumanitas quaedam, non eius desiderio teneri. Publica, inquis, re non fruar, cum ad unum delata omnia sint. an ideo priuatam quoque contemnas? Quae si te non mouent, aut si tibi uita ista uidetur esse commodior, suscipe curam salutis tuae, nec eadem, quae commoda, simultuta esse existima. Moralis tota, ijsdem consulibus.

Cicero S. D. Marcello: 9.

ET si per paucis ante diebus dederam Q. Mucio litteras ad te pluribus uerbis scriptas, quibus declaraueram, quo te animo censerem esse oportere, & quid tibi faciendum arbitrarer: tamen, cum Theophilus, libertus tuus, proficeretur, cuius ego fidem erga te, benevolentiamq. perspicerem; sine meis litteris eum ad te uenire nolu. Iisdem igitur de rebus etiam atque eriam horrort, quibus superioribus litteris hortatus sum; ut in ea rep. quaecumque est, quam primum uelis esse. multa uidebis fortasse, q. ae nolis; non plura tamen, quam audis quotidie. non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moueri; cum illud ideq. auxibus percipias, quod erum maius uideri solet, minus laborare. At tibi ipsi dicendum erit aliquid, quod non sentias, aut faciendum, quod non probes. Primum, TEMPORI cedere, id est necessitati parere. semper sapientis est habitum. deinde, non habet, ut nunc quidem est, id uiri res. dicere fortasse, quae sentias, non licet; tacere plane licet. omnia enim delata ad unum sunt. is uitur consilio ne suorum quidem, sed suo. quod non multo secus fieret, si is remp. teneret, quem feceris. an, qui in bello, cum omnium nostrum coniunctum esse periculum suo cerneret, certorum hominum minime prudentium consilio uteatur; eum magis communem censemus in uictoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisset? & qui nec, te consule, tuum sapientissimum consilium secutus esset; nec, fratrem tuu consulatum ex auctoritate tua gerente, uobis auctoribus uiri uulnerit; nunc omnia tenentem, nostras sententias desideraturum censes fuisse? OMNIA sunt misera in bellis ciuilibus: quae maiores nostri ne semel quidem; nostra aetas saepe iam sensit; sed MISERIVS nihil, quam ipsa uictoria: quae, etiam si ad meliores uenit, tamen eos ipsos ferociores, impotentiioresq. reddit; ut, etiam si natura tales non sunt, necessitate esse coguntur. MVLTA enim uictori eorum arbitrio, per quos uicit, etiam iniquo facienda sunt. An tu non uidebas mecum simul, quam illa crudelis esset futura uictoria? igitur tunc quoque patria careres, ne, quae nolles, uideres? non, inquis: ego enim ipse tenerem opes, & dignitatem meam. at erat tuae uirtutis, in minimis res tuas ponere; de rep. uehementius laborare. Deinde, quis nimis illius consilij est? nam adhuc & factum tuum probatur, & ut

E; ut in tali re, etiam fortuna laudatur: factum, quod
et initium belli necessario fecutus sis, & extrema sa-
pienter persequi nolueris; fortuna, quod honesto otio te-
nueris & statum, & formam dignitatis tuae. nunc uero
nec locus tibi ullus dulcior esse debet patria: nec eam dili-
gere minus debes, quod deiformior est, sed misereri potius;
nec eam, multis claris uiris orbatam, priuare etiam ad
spectu tuo. Denique, si fuit magni animi, non esse sup-
plicem uictori: uide, ne superbi sit aspernari eiusdem libe-

ralitatem: & si sapientis est carere patria, duri non des-
iderare; & si re publica non possis frui, stultum est nolle
priuata. Caput illud est, ut si ista uita tibi commodior
esse uideatur, cogitandum tamen sit, ne tuor non sit. ma-
gna gladiorum est licentia: sed in externis locis minor
etiam ad facinus uerecundia. mihi salus tua tantae curae
est, ut Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus
sim. Tuum est consulere temporibus, & incolumenti,
& uitae, & fortunis tuis. Vale.

EXPLANATIO

Quo. t e animo censerem esse oportere, } cum hortaretur Marcellum, ut omnino suam uolunta-
tem cum amicorum sententia coniungeret, ac uiuere in patria mallet, quod Caesar concessurus ui-
debat, quam in externis, atque alienis locis, non enim de Caesaris clementia, quae & in ep. 7.
declaratur, sed de Marcelli pertinacia dubitabat. **Q**u a e c v m q u e e s t, } ep. 7. Cuiusmodi res cl-
set. **C**um illud idem auribus percipias, } non est tuum, minus laborare, cum audias, quam cum ui-
deas. **Q**uo d etiam manus uideri solet, } contra in ep. 13. Nec audio solum, quod ipsum esset miser-
rum, sed etiam id ipsum video, quo nihil est acerbius, corum fortunas dissipari. Et ad Torquatum,
ep. 1. lib. vi. Oculi augent dolorem, nec auertere a miserijs cogitationem sinunt. Est enim hoc in orato-
ris artificio, ut easdem res temporis cauſa modo oppugnet, modo defendat, propterea in illis ad Nigi-
dium, ac Torquatum epistolis pro auribus contra oculos; in hac ad Marcellum, quem redire in urbem cu-
piebat, pro oculis contra aures argumentatur. **T**i b i i p s i } tibi praecipue ob nobilitatem, & di-
gnitatem tuam. ep. 8. **T**empori cedre, } ad Att. ep. 50. lib. xii. Temporibus parere, omnes προ-
τίναιοι praecipiunt. **V**t. n v n c quidem est, } praefentem rei statum hoc loquendi genere ueteres
ostendebant: quasi dicentes: quid futurum sit, affirmare non licet: sed, ut nunc quidem est, res ita se ha-
bet. ad Att. ep. 28. lib. xii. Quae si manebunt, querenda est excusatio ad Brutum: &, ut nunc est, man-
surae uidentur. Acad. lib. iv. Ut quidem se nunc cauſa habet. Valet idem, Quo modo nunc est: quod
ad Att. scripsit ep. 2. lib. xiii. **N**e. s v o r y m quidem, } per quos uicit. quo aquius ferre debe-
mus, si minus nostro utatur. Hanc sententiam plane comprobant ea, quae sequuntur. **C**ERTORVM
hominum } Scipionem in primis, Pompei socerum, Domitium Ahenobarbum, L. Lentulum notat.
ep. 2. lib. vi. Domitium, & Lentulum nominat. eosdem significat ep. 6. eiusdem libri. **M**INIME
prudentum } cum tu bellum aliter gerendum censes: ut in ep. 7. **M**AGIS commynem } magis
ufurum fuisse consilijs nostris. **I**NCERTIS in rebus } cum incerta uictoria esset: cum bellum ge-
neretur. **S**APIENTISSIMVM consilium } cum horum malorum initia & uideres, & cauere uelles.
FRATRE tuo } qui consul fuit cum Lentulo, anno primo ciuilis belli, biennio post Marcum consu-
lem, placet enim hoc dici de germano potius, quam de patruelē fratre: quia uerisimilius est, germanum,
quam patruelē, consulatum gessisse ex Marci auctoritate: & Caesar lib. 1. bel. ci. Lentulum consulem ut
inimicum suum nominans, de Marcello collega nihil unquam tale dicit: contra, iniquum fuisse Caesari
fratrem Marci patruelē C. Marcellum, & ab eo traditas Pompeio duas legiones, Caesari creptas, do-
cer Hirtius lib. 11x. bel. Gal. & Dio lib. xl. **E**x. AVCTORITATE tua } opinor C. Marcellum,
de quo hic sermo est, non admodum in consulatu acerbū Caesari fuisse. nam hic certe, studiosos reti-
nendae pacis duos fratres Marcellos fuisse, ostenditur: quorum consilia Pompeius neglexit. **V**OBIS
auctōribus } tutam pacem exitioso bello praferentibus. **D**ESIDERATVRM } neglexisset potius,
ut antea: id enim uerisimilius. **S**A E P E } quater, contendentibus Sulla & Sulpicio, Cinna & Octauio,
Sulla turpis & Mario, Caſare & Pompeo. Phil. 8. **I**PSA uictoria: } ep. 4. Ciuilibus bellis uicto-
ria semper est insolens. Et in oratione pro Marcello: Quoties ego eum uidi ferocitatem ipsius uictoriae
extimescentem? **E**ORVM arbitrio, per quos uicit, } eadem sententia ep. 18. lib. xii. Ijs mos geren-
dus, quibus adiutoribus parta uictoria. **E**TIAM inuito } Caesarem culpā liberat, si quid agat, quod
bonis ciuibis non probetur. uide ep. 17. lib. ix. **I**LΛΑ } Pompeianorum: quorum crudelitatem sem-
per extimuit. infra ep. 14. Si uicissent ij, ad quos ego, pacis spe, non belli cupiditate adductus, accesser-
am; intelligebam tamen, & iratorum hominum, & cupidorum, & insolentium quam crudelis esset futu-
ra uictoria. confirmat idem ep. 21. lib. v. & ep. 17. lib. lxx. & ep. 6. lib. ix. & ad Att. ep. 6. lib. xi.
OPES, } dixi iam, Opum nomine, quidquid ualemus, totum significari. **D**E. R. E. P. } quam cru-
delis Pompeianorum uictoria, quietam, ac tranquillam esse non pateretur. **Q**VI. FINIS ifsius con-
siliij est? } ep. 7. Habet ita ratio modum quandam. **V**t. IN talire, } quae laudari fortuna potest,
liberata amissa? sed, ut in tali re, fortuna etiam laudatur; quae simpliciter, hoc statu rerum, laudari non
potest. Corrigit sententiam hic loquendi modis: ut ep. 3. lib. xvi. Mihi, ut in eiusmodi re, maxime cu-
racet, ut, quae copijs & opibus tenere uix possumus, ea mansuetudine & continentia nostra, sociorum
fidelitate tencamus. Simile illud in Bruto: Clifthenem multum, ut temporibus, ualuisse dicendo. Et in Lae-
lio: Multae etiam, ut in homine Romano, litterae. **L**AVDATVR: } optatur, non laudatur, fortuna:
sed hic Cicero vulgarem loquendi morem fecutus est. **N**ECESSARIO } non sponte: nam boni ci-
Y 2 ues bellum

nes bellum ciuile suscipiunt inuiti. Sic ep. 7. Ostendisti sapientem, & bonum ciuem initia belli ciuilis in uitum suscipere, extrema non libenter persequi. Cur autem necessario? quia, quibus in castris Pompeius, consules, omnesq. fere magistratus esent, in ijsdem esse resp. uidetur. Ex r E M A persequi nolueris; } quia se Mylenas contulit, multis in Africam ad Iubam regem, belli renouandi spe, proficiscen-tibus. H O N B S T O otio } Tacite significat; non posse Marcellum eandem sibi fortunam diu praesta-re; sed, si ideo absit, quia honesto illo otio delectetur, ualde timendum, ne casus aliquis eius confilia per-turbet. S T A T U M , } quod in eodem statu permanseris, nullam tibi fortuna uarietatem, ac mutationem attulerit. F A M A M dignitatis } cum quiete, & libere, honesto otio, uiueres. quo tuae dignitatis fa-ma conseruabatur. nam & qui profecti in Africam sunt, statum suum non tenuere, uel in acie interfecti, uel incommoda, miseriaq. perpessi: & corum, qui se uictori crediderunt, dignitas est imminuta. N V N C uero } cum iam satis a te factum sit & boni ciuis officio, & dignitati tuae. D V L C I O R . P A-T R I A , } ep. 8. Quis locus est domestica sede iucundior? D E F O R M I O R } amissis ornamentis suis, M V L T I S claris uiris } consularibus septem, Pompeio, Bibulo, P. & L. Lentulus, Ap. Pulchro, Do-mitio Ahenobarbo, Scipione. N O N . I S S E supplicem uictori: } uereor, ne quis hunc locum ex in-genio mutauerit. nam & usitatus erat, Isse supplicem ad uictorem, quemadmodum ep. 4. Ad Caesa-rem supplex accederet; & in meis omnibus antiquis libris non, Isse, sed Esse, legitur. in uno tantum, Fuisse, scriptum video. ac mihi quidem uel, Esse, uel, Fuisse, magis placet, quam Isse. A S P E R N-A-R I eiusdem liberalitatem: } ex hoc loco fieri conjectura potest de reditu Marcelli iam impetrato. ego ta-men, non conjectam rem, sed optimam Caesaris uoluntatem, & propensam ad lenitatem naturam signifi-car puto. magis enim, ne Marcellus beneficium Caesaris recusaret, atque omnino redire nollet, quam ne Caesar se difficultem ad ignoscendum praebet, uerebatur. quod etiam locus ille confirmat in ep. 7. Intel-lexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod ueretur, ne tu illud beneficium non putas. C A R E R E patria, } non omni patria, sed hac, ob amissam libertatem miserrima. C O N S U L E R E temporibus, } ea facere, quae temporum ratio, quae incolumitas, & uita, & fortunae tuac postulant. I N C O L U M I T A T I , } latius patet, quam uita nomen. nam incolumitate status rerum uniuersus indicatur. Subiunxit autem, Vitae, & fortunis, ut, quae unico nomine com-prehenderat, duobus exprimeret: quo magis, re ante oculos proposita, Marcellus moueretur.

Argumentum ep. 10.

D E siderari aliquot ad Marcellum epistolas, uel unam certe, quae redi-tum impetratum significet, facile possum suspicari. gratulatum enim Marcello Ciceronem, quod ei Caesar ignouisset, atque ostendisse quemad-modum actares esset, indicat ipsius Marcelli, quae proxime sequitur, epi-stola. Hic hortatur, ut redditum maturet; cum id ad rem eius familia-rem ualde pertineat. Caesare i v. cos. sine collega.

Cicero S. D! Marcello.

E T si nihil noui, quod ad te scriberem, habebam; si quodam nolles uidere. sed, cum lexi non mu-lto, essent, quae audirentur, quam quae uiderentur; suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuat, te quamprimum uenire, idq. in omnes partes ualere: pu-tanis ea de te esse admonendum. sed, quoniam, quod mihi placeret, ostendit; reliqua tu pro tua prudentia considerabis. me tamen uelim, quod ad tempus te expe-temus, certiore facias. Vale.

E X P L A N A T I O

N I H I L . N o v i, } praefer id, quod scripsierat in superioribus litteris, quae non exstant: in quibus Marcello redditum gratulatus erat: ut ipsius Marcelli sequentes litterae demonstrant. T H E O P H-I-L Y S } Marcelli libertus, qui & ante ad eum litteras attulerat. ep. 9. ex quo patet, has litteras aliquot post illas mensibus datas esse. T A R D A decessio, } ut qui non admodum libenter in hanc rem. uenias. N I-SI oculorum; } tale illud in epistola superiore: Non est porro tuum, uno sensu oculorum moueri.

R E I

R E I familiaris; quae, Marcello absente, non diligenter ab eius procuratoribus administrabatur: uel quod timendum esset, ne in eam praedonum impetus fieret: quod scripsit ep. 7. **I N . O M N E S** partes; ad omnia. ut ep. 6.lib.xi.ad Att. Brundisij iacere, in omnes partes molestum. Et in epistola Vatinij, lib.v. Me tibi in omnes partes defendendum putes. Contrarium illud ep. 10.ad Att.lib.xiii. Hoc nullam ad partem ualeat scilicet. **R E L I Q Y A**; rationes, quae te ad celerem redditum hortentur. **Q V O D** ad tempus; non, quoisque, sed, quo plane tempore. sic ep. 5.lib. ix. Ad nonas, pro nonis.

Argumentum ep. 11.

DE suo reditu a Caesare impetrato Marcellus e Ciceronis litteris cognoverat. nunc se commotum Ciceronis auctoritate, ad redditum magnopere cohortantis, excusandi consilium abieciisse demonstrat. quando tamen se datus in viam sit, non significat. Videtur haec epistola ante superiorem fuisse collocanda. in hac enim scribit Marcellus, commotum se Ciceronis litteris in patriam esse redditum: in illa Cicero, certiorum se de hoc Marcelli consilio iam esse factum, ostendit.

Marcellus S. D. Ciceroni. 11.

PLURIMVM ualuisse apud me tuam semper aueritatem, cum in omnire, tum in hoc maxime negotio, potes existimare. cum mibi C. Marcellus frater, amantissimus mei, non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret; no prius mibi per suadere potuit, quam tuis est effectum litteris, ut uterer uestro potissimum consilio. Res quemadmodum sit acta, uestrae litterae mihi declarant. Gratulatio tua etsi est mihi probatissima, quod ab optimo fit animo: tamen hoc multo iucundius est, & gratius, quod, in summa paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorum, qui uere meae salutis fuerent, te cupidissimum mei, singularemq. mibi benevolentiam praestitisse cognoui. Reliqua sunt eiusmodi, quibus ego, quoniam haec erant tempora, facile, & aequo animo carebam: hoc uero eiusmodi esse statuo, ut sine talium virorum, & amicorum benevolentia, neq. in aduersa, neque in secunda fortuna quisquam uiuere posset. itaque in hoc ego mihi gratulor. tu uero ut intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi praeflabo. Vale.

EXPLANATIO

PLURIMVM ualuisse apud me; quantum ex hac epistola licet coniecture, laudatam in libro de claris oratoribus Marcelli eloquentiam paullo plus, quam ueritas concederet, existimo. nam, cum ei uerborum elegantiam, & copiam, & splendorem uocis, dignitatem motus Ciceru tribuisset; adiunxit, nullam oratoris in eo uirtutem desiderari. atque etiam sibi similem esse, ostendit Bruti testimonio, quem loquente inducit. Plurimum, lego cum omnibus antiquis libris. alij Plurimam: & cum inscriptione coniungunt: ut sit: Salutem plurimam, ad sententiam utro modo legatur, nihil interest. ego ueteres libros libenter sequor. **V T - V T E R E R** uero confilio. ut in patriam, suadentibus nobis, redeundum putarem. **R E S** quemadmodum sit acta, cum a Caesare de redditu meo est impetratum. Hoc ex ep. 4. cognoscitur. **A B . O P T I M O** fit animo: Facere gratulationem, & Ciceru dixit ep. 2.lib. 4.ad Att. **P R O P I N Q U O R V M**, quos Marcelli non ualde cupidos fuisse, indicat illud ep. 8. Si modo erunt tui. **N E C E S S A R I O R V M**, distinguunt ab amicis, & propinquis necessarios, qui sunt artiore quadam benevolentia deuincti. **R E L I Q Y A**; practer unum te, sine quo neque in aduersa, neque in secunda fortuna mihi uiuendum statuo. **V I R O R V M**, & amicorum; virorum uitute, amicorum benevolentia carere non possum. **I N . H O C**; quod in summa amicorum, propinquorum, necessariorum paucitate, unum te mei cupidissimum cognoui.

Argumentum ep. 12.

Marcellum a Magio interfectum, suaq. erga mortuum officia significat.

Seruius



Seruius S. D. Ciceroni.

12.

ET SI scio non iucundissimum me nuncium uobis allaturum: tamen, quoniam CASVS, & natura in bonis dominatur; nūsum est faciendum, quo modo resē haberet, uos certiores facere. Ad x. Kal. Iun. cum ab Epidauro Piraeum naui aduectus essem, ibi Marcellum, collegam nostrum, conueni; eumq. diem ibi consumpsi, ut cum eo essem. postero die, cum ab eo digressus essem, eo consilio, ut ab Athenis in Boeotiam irem, reliquamq. iurisdictionem absoluorem: ille, uti aiebat, supra Maleas in Italianam uestis nauigaturus erat. postridie eius diet, cum ab Athenis profici sci in animo haberem; circiter horam decimam noctis Postumius, familiaris eius, ad me uenit; & mibi nuntiavit, M. Marcellum, collegam nostrum, post cenae tempus a P. Magio Cilone, familiari eius, pugione percussum esse, & duo uulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem; sperare tamen, cum uiuere posse: Magium se ipsum interfecisse: postea se a Marcello ad me missum esse, qui haec nunciaret, & rogarer, uti cogerem medicos. coegi; & e nestigio eo sum prosectoris prima luce. cum non longe a Piraeo abessem; puer Acidini mibi obuiam uenit cum codicillis; in qui-

bus erat scriptum, paullo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. ita uir clarissimus ab homine taeterrimo acerbissima morte est affectus; & cui inimici propter dignitatem perpeccerant, inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. ego tamen ad tabernaculum eius perrexi: inueni duos libertos, & pauculos seruos: reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfactus esset. coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq. lecticariis in urbem eum referre: ibiq. pro ea copia, quae Athenis erat, funus eiusatis amplum faciendum curauit. ab Atheniensibus locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicent: neque tamen id antea cuiquam concesserant. quod proximum fuit; uti in quo uellem gymnasio eum sepeliremus, nobis permisserunt. nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiae locum delegimus; ibiq. eum combussimus; posteaq. curauimus, ut iudem Atheniensis in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum loarent. ita, quae nostra officia fuerunt, pro collegio, & propinquitate, & uino, & mortuo omnia ei praestitimus. Vale. Datae pridie Kal. Iun. Athenis.

EXPLANATIO

QVONIAM casus, & natura in bonis dominatur;? Cum non ignoretis, etiam bonis, non modo improbis, casu, & natura uitam adimi. Hoc Sulpicius, Marcelli nece commotus, non sine quadam indignatione dixit. nam, re uera non in bonis tantum, sed in omnibus hominibus casus, & natura dominatur. Locus postulat, ut casus & natura distinguantur: quod ita commode fiet si mortis genera, quando hic de Marcelli agitur morte, persecutamur. Mortis cauillas in duo genera diuidit. aut enim intus oriuntur, aut extra: intus, uel natura, uel fato: extra, uel ui uel casu. Natura moriuntur, quibus insene & tute animam e corpore quasi sua manu natura molliter educit: quod accedit, cum uitalis calor paulatim extinguitur. Fato, qui morbo aliquo, ante illam diem, quo per ipsam naturam peruenire licuisse, uitam amittunt. non enim Peripateticis libenter assentior; qui naturam & fatum idem esse crediderunt: quos Alexander fecutus in libro de Fato, nihil inter naturam, & fatum, praeter nomen, interesse, accurata disputatione probare conatur. idem sensit Macrobius, idem Gellius: qui cum recitaslet illud Demosthenis ex oratione της ορθοφράσις: Ο μέγαντον μίχων μόνον γεγεννώσας, τὸν τῆς ἀμφιέμενος, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιέντα: ὃ δὲ καὶ τὴν πατεῖδι, καὶ τὸ μὲν ταῦτην επιδεῖν διλέπεσσας αποθνήσκει ἐτελεσθεῖσα: subiunxit: Quod Cicero fatum, atque naturam uidetur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν περιέμενην, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis, & fatalis, nulla extrinsecus uic coactus, uenit. Haec Gellius: quam recte, nondum statuo. mihi enim neque Demosthenis uerba, neque Ciceronis cogere uidentur, fatum, & naturam idem esse. quin, si modus loquendi, τὸν τῆς ἀμφιέμενος, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον, attendatur; articuli repetitio, diuersas potius esse res, quam unam & candem, significat: idq. ipse Cicero, nisi fallor, ostendit, cum ait oratione prima in Antonium: Praeter naturam, praeterq. fatum. Quod si quis in dubium retocat: grauem testem citabo: principem Latinorum poetarum, Virgilium: qui cum de Didone, ipsa sibi mortem consciensente, uersum illum protulit: Sed, quia nec fato, merita nec morte peribat: fatum a natura manifeste disiungit. Cuius testimonio subscrive uideatur Tacitus: apud quem Germanicus, cipi sibi uitam ueneno existans, haec loquitur: Si fato concederem; iustus mihi dolor etiam aduersus deos esset; quod me parentibus, liberis, patriae, intra iuuentam praematuero exitu, rapereint: nunc, scelere Pisonis & Plancinae interceptus, ultimas preces pectoribus uestris relinquo; referatis patri, ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus infidijs circumuentus, miserrimam uitam pessima morte finierim. Fatum appellat eam mortem, quac praematuero quidem exitu, nulla tamen humana ui, contingit, praematurus autem exitus a natura certe non est, sed ante illum terminum, quem ipsa natura prescripsit, robustis longiore, breuem imbecillis. nam, si quando robustus ante imbecillum decedit; non ad natu ram refero, sed ad fatum, id est ad eas cauillas, unde oriuntur iij morbi, qui naturam uincunt, mortemq. ante finem a natura praestitum accersunt. quod eueniare sibi Germanicus negat. Nec uero Chrysippi sententiam probo, qui pertinere ad omnia fatum dicebat. quod si ita esset: fato omnes, quacumque aetate, quocumque mortis genere, perirent. sed hunc firmissimis argumentis refellit Alexander: quem sequor in hac quidem

quidem parte: in altera uero, quod fatum & naturam idem esse putat, cur ei non assentiar, illa superiora demonstrant. Reftat mortis alterum genus, quod in duo subiecta genera diuisimus, uim, & casum. Vis uos luntatem habet, casus non habet. uoluntas siue nostra sit, siue aliena, uim constituit: nostra, cum aliquis ferro, ueneno, alia ue re ipse sibi mortem consicicit: aliena, cum ab inimico, uel etiam a feris opprimitur: quarum eti uoluntas ferarum propria non sit; appetitus tamen ille speciem uoluntatis habet. Casus uoluntatem excludit, si quis enim, uel inopinata ruita, uel naufragio, uel iectu teli temere missi, a vita discedit: est illa quidem inimica naturae uis; sed quia uoluntas abest, ad casum refero, non ad uim: si modo cōceditur, ut haec subtilius examinentur: sin paulo communius, et, ut ita dicam, rudiore Minerua disputamus; utrumque, siue adsit, siue absit uoluntas, ad casum referri potest: quem fortunam quoque nomine-mus: non quod ignoremus ea, quae scriptit Aristoteles Physicorum lib. 2. cum casum & fortunam distin-gueret: sed, ubi mortis genera discernuntur, concedatur alterum ab altero non differre. itaque cum ne-cem Didonis ad fortunam retulisset Virgilius illo uersu:

Vixi, et, quem dederat cursum fortuna, peregi: subiunxit Seruius: Humana uita tribus continetur, natura, fato, fortuna, idest casu, qui ad omnia pertinet, quae extrinsecus sunt. Quibus uerbis primum illud ostendit, fortunam & casum idem esse: deinde, quidquid extrinsecus accidat, uel cum uoluntate, uel sine uoluntate, ad casum pertinere: quod Alexandre quoque placuit: qui fortunam & casum, ita simil nominat, ut alterum ab altero non distinguat. Ex quibus efficitur, ut mortis tria tantum sint genera, natura, fato, casu, siue fortuna: sin casum a uoluntate diuungimus, quattuor, natura, fato, ca-su, u. Reliquum est, ut ostendamus, quam sententiam probauerit Sulpicius, cum in bonis casum, & na-turam dominari dixit. Primum illud pono: dissentire illum a Chrysippo, qui ad fatum omnia retulit: dis-sentire etiam a Cicerone, & Virgilio, qui tria mortis genera fecerunt. deinde illud subiungo: Cum Peri-pateticis, naturam & fatum idem esse, placuerit; satisq. constet, non omnes homines natura & fato, idest, (ut idem utrumque esse Peripateticis hic largiamur) naturali morte non omnes interire; necesse uideri, iisdem placuisse, alteram esse, praeter naturam & fatum, interitus humani caussam. ea uero nihil aliud, quam casus, idest externa uis, siue humana, cum uoluntate, siue non humana, sine uoluntate, uidetur esse posse. & Demosthenes, Cicero, Virgilius, Tacitus, aliquam caussam mortis, praeter naturam, praeterq. fatum, agnouere. Secutus igitur Peripateticos Sulpicius, (dederat enim operam philosophiae, ut ep. 3. lib. iv. & in Bruto) duo tantum genera mortis fecit, casum, & naturam: siue dicas, fortunam, & fatum: quoniam quidem nec differre fortunam a casu, auctoriibus Virgilio, Seruio, Alexandre etiam, Peripateti-corum interpretum principe, satis ostendimus: & inter naturam & fatum, nihil interesse, praeter nomen, idem Alexander ex Aristotelis mente prodidit. itaque duobus nominibus caussas mortis omnes, cum perisse Marcellum casu, non natura, significare uellet, Sulpicius comprehendit. Vos certiores fa-cere.} pendet ab eo, Visum est faciendum: quam apte, alij iudicent. usitatus enim erat, Vos certiores ut facerem: aut, Visum est uos certiores facere. quod alij quoque uiderunt. COLLEGAM in consulatu. VT. A b Athenis in Boeotiam irem, reliquamq. iurisdictionem absolverem; } prouincia Sulpicij, uocatur Achaia non modo ep. 4. huius libri, uerum etiam ep. 26. 27. 28. lib. xiii. sed mirari aliquis possit, cur ep. 6. lib. vi. Sulpicius praefisse Graeciae dicatur. Primum, quaestionis persoluenda gratia, illud pono: licet prouincia Sulpicij, in qua, praeter Achaiam, Peloponnesus tota cum adiacentibus insulis, praeterea, Epi-rus, Boeotiaq. fuit, Achaia uocaretur, uere tamen ac proprie regionem illam Achaiam dici solitam, quae tota extra Peloponnesum fuit, Bimaris dicta, quod duo maria, Aegeum & Ionium, navigatione diuersa, fere coniungeret: de qua L. Mummius, euersa Corintho, triumphauit. Haec modo Achaia, Angusta, in-quit, ceruice Peloponnesum contigit Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Scironius appellatur Sinus. Et paul-lo post, Sinum Corinthiacum lxxxv. m. pafi. in longitudinem usque Isthmum transmittunt. Achaiae no-men prouinciae. ab Isthmo incipit. Idem infra. Ab Isthmi angustijs Hellas incipit, nos tis Graecia appella-ta. in ea prima Attica, antiquitus Aete uocata. attingit Isthmum parte sui &c. Quibus ex locis, etiam ex Ptolemaei testimonio, constat, regionem illam, quae tenui ceruice Peloponnesum contingit, Helladem uocari, & eandem Graeciam; in ea uero esse, & ab Isthmo incipere, tum Achaiam, quae & Graecia, & Hellas dicta sit, quia commune regionis nomen assumpserit, tum etiam Atticam, quae ipsa quoqne eodem, quo Achaia, iure, commune uel Graeciae, uel Helladis nomen usurpare potuit: cum praesertim Thesalia quoque & Graecia, & Hellas dicta sit, generali uocabulo, ut lib. iv. & vii. Plinius prodidit. Duplex igitur Achaia, uetus illa bimaris, & haec recentior Sulpicij prouincia, ueterem complexa: quam Cicero cum Graeciam appellavit, respexit ad Graeciam uniuersam, a Sulpicio administratam: quae, post captam Corinthum, in prouinciae formam, simul cum ipsa Achaia, redacta est: ut in Achaia Pausanias docet. Achaiam uero idem Cicero Sulpicij prouinciam uocat; quia reliqua eius prouinciae partes, a nobiliori no-men acceperunt; & quia, occasione deuictae Achiae, totus ille terrarum tractus, ut diximus, in prouinciae formam est redactus. Sic & Cilicia, a Cicerone administrata, prouinciae nomen dedit: licet Asiaticas aliquot dioeceses complectentur. Quattuor hic dubitationes, non inutiles fortasse, subiungam. prima est, utrum Athenae ad Sulpicij iurisdictionem pertinuerint, an suis legibus, ut aliae quaedam urbes, usae sint. Partem prouinciae dixerit fuisse, qui morantem in ea urbe Sulpicium animaduerterit: quod epistles duac, prima & quarta lib. vi. declarant. Mihi tamen urbs omnino libera uidetur; non modo quia Plinius, Strabo, Dio, & alij satis id constanter assertant; uerum etiam, quia tutum in ea Romanis exsulibus domicilium fuit. de Torquato plane constat ex ep. 1. 3. 4. lib. vi. de Memmio ex ep. 1. lib. xiii. iam Dolabella, cum Ciceronem, exorto ciuili bello, hortatur ep. 9. lib. ix. ut Athenas se conferat, argumen-to, nisi

to, nisi fallor, esse potest prouinciae partem Athenas non esse. Nec tamen prouinciae finibus excedebat Sulpicius, cum Athenas iret: sed ad liberam urbem, positam in prouincia, nec tamen prouinciae partem, uel animi causa proficisceretur, tum ut urbis adspicere, tum etiam ut philosophorum sermonibus, & conseruacione frueretur; uel quia conuentum Athenis agere, commodum esset. Secundo loco, uenit in mente ambigere de Thespijs. nam Plinius, ubi Athenas, ibidem ait, opidum liberum Thespias fuisse. At Cicero ep. 22. lib. xiiii. commendat Sulpicio Manlium, qui negotiabatur Thespijs. quo uidetur ostendere, intra prouinciae terminos fuisse. Sit ita, uerum tamen hoc non obstat, quin sui iuris opidum, quod Graeci uocant *τάρον*, fuerit: ut in eo Sulpicium, tamquam illius prouinciae proconsulem, auctoritate quidem ualuisse concedamus, iuris autem dicendi, & impetrandi potestatem habuisse nullam putemus. Occurrit tercia, non exigui sane momenti, dubitatio. Sulpicij prouincia Graecia fuit: istam in Asiam se profectum esse ep. 5. significat, quod mirum uideri potest. nisi si uel Sulpicium Caesar, cum omnia suo moderaretur arbitratu, soluit legibus, ut iret, quocumque publici commodi ratio postularet: uel eius imperio partem Asiae extra ordinem attribuit, item ut Ciliciensi prouinciae tres *διοικήσεις* Asiaticas a senatu attributas uideamus. quamquam id quidem uix crediderim, imminutam esse hoc tempore Asiaticam iurisdictionem, quae ad P. Seruilium, Caesaris collegam, pertinebat: ut ex epistolis lib. xiiii. constat. Postrema quaestio de Achaea. quae si, Caesare uiuo, prouincia fuit: cur eam, interiectis fere centum annis, Vespasiano in prouinciae formam una cum Cilicia esse redactam, Suetonius ait? Achaiam in prouinciam retulit Mummius: ut ex Pausania, & Strabone cognoscitur libertatem ei Nero imperator dedit: ut scripsit Plinius lib. iv. cap. 6. candem in prouinciae formam Vespasianus rededit. *S. V. P. R. A. Maleas* } ueteres libri omnes, Maias, non Maleas. quod omnino mendosum est, nec tamen contempnendum, quid enim obest, notam esse omnibus, ac testamat antiquitatem? cum saepe ex ipso mendo, mutatione aliqua litterarum, elici ueritatem constet. Maleam autem Virgilius, Liuius, omnes denique nominant, Maleas uero unius, quod sciem, Plinius iunior in ep. ad Traianum lib. x. Graecis uerbis, Μαλέας, quod legatur hic, supra Maleas, interpretaremur, superato Malcarum promontorio, Laconiae prouinciae, nauigantibus ualde periculo. *I. N. I T A L I A M uersus* } antique: ut Coelius quoque ep. 15. lib. iiii. Ad Alpes uersus. & Hirtius de bello Africano: Ad Cercinnam, insulam uersus. Et Linius lib. 1. Ad meridiem uersus. *P O S T T R I D I E* eius diei, } i. i. x. Kal. Iun. Sic, Postridie eius absolutionis dicit Coelius ep. 2. lib. iiii. Postridie eius diei, Caesar lib. ii. bell. Gall. *H O R A M decimam noctis* } ne quis miretur, cum hic dies i. i. x. Kal. Iun. significetur, decimam noctis horam significari, nam, et si meritis Maij extremi noctes non modo ad decem, sed nec ad nouem horas in Italia producuntur, tamen apud ueteres in more fuit, ut aestiuac noctes pariter & hibernae, itemq. dies semper in duo lenas horas distribuuntur, hoc modo, ut aestiuarum noctium contractiores horae esent, dierum uero longiores, hibernarum noctium longiores, dierum breuiores. ita fit, ut, extremo mense Maio, cum longissimi dies, breuissimae autem esent noctes, in duodenas tamen horas tam nox, quam dies diuidetur, sed nox in breuiores, dies autem in longiores, qua ratione hora noctis decima, erit, ut hodie noctem diuidimus, hora noctis septima, cum octauae fortasse dimidio. Vide, quae diximus ep. 30. lib. vii. *C I L O N E*, } cognomen est non modo Magiorum, sed etiam Flaminiorum, ut ueteres numini declarant. Cilones dicti, ut ait Festus, ab eminentiore fronte; uel, ut Carissus, a capite oblongo, & compresto. *P U G I O N E* } breuior est, quam gladius, auctore Nonio. Suetonius in Caligula: Reperti sunt infretis eius duo libelli, diuerso titulo: alteri gladius, alteri pugio index erat. *S E C U N D U M aurem*; post aurem, exemplis abundamus. *S E . I P S Y M interfecisse*: } quod cum commissi facinoris pacinaret, causam necis Cicero ignorat ep. 10. lib. xiiii. ad Att. Valerius hanc ponit lib. ix. cap. ii. quod, cum deficeret Marcello Magius ueteri coniunctus amicitia, cinq. in Pompeiana militia comes fauillet, indignaretur aliquos sibi amicorum ab eo praeferriri. *C O G E R E B M medicos*. } in aliquot antiquis libris non est, Cogarem: ego, cum in quinque esse uideam, approbante sententia, retinendum putaui. *P V E R* } Seruus. sic enim loquebantur, ut exempla declarant. *A C I D I N I* } Manliorum cognomen fuit Acidinus. constat ex libro 2. de Orat. ex Velleio lib. 2. ex lapidibus Capitolinis, in quibus consul est L. Manlius Acidinus anno *D L X X I V*. *C u m codicilli*; } Codicilli, tabellae ceratae erant; in quibus stylo pangebatur, a codice, id est arboris libro, nominati. pugillaria quoque dicebantur, a pungendo, quod stylus in ijs pungendo scriberet. codicillorum usum ante Troiana bella fuisse, Homerus ostendit in illo versu *Ιλ. 2. γεά της πηγαὶ πυκτῷ δρυαὶ δόξα πλάσα*, quo uersu de codicillis locutum esse ostendit Plinius his uerbis lib. xiiii. cap. 13. Cur & Homerus Bellerophonti codicilli datos, non epistolos, prodidit? & lib. xxxiiii. cap. 1. Modo autem ipsi codicilli mittebantur, ut haec ostendit epistola, & ad Leptam ep. 18. lib. vi. Statim quasiliu Balbo per codicillos. Et ad Q. Fr. ep. 13. lib. 2. Epistolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli. Modo non mittebantur, sed ex ijs litterae descriptae: unde in epistola ultima lib. ix. Harum ad te exemplum in codicillis exaraui. Codicillorum usum, post inuentam etiam chartam, festinatio retinuit, cum in omnibus locis, ut in conuiuio, in itinere, in naui, in senatu, charta, atramentum, calamus non semper in promptu essent, moram autem res non ferret. *T A E T E R R I M O*; Tacet, & Clarus opponuntur. *P E P E R C E R A N T*, } Caesar enim ei redditum in patriam concederat. *D O M I N U S. eo-*rum} seruus enim capitale erat, qui dominum non defendisset, ut ex Vlpiani uerbis, Syllanu S. C. interpretantibus, cognoscitur. Confirmat hoc historia, nam Tacitus lib. xiv. Praefectum urbis, inquit, Pedanium Secundum seruus ipsius interfecit, seu negata libertate, cui pretium pepigerat, siue amore explici infensus, & dominum aemulum non tolerans, ceterum, cum ueteri ex more familiam omnem, que-
sub

sub eodem recto mansitauerat, ad supplicium agi oporteret, concursu plebis, quae tot innoxios protegebat, usque ad seditionem uentum est. Idem Tacitus paulo post, eam poenam in seruos ueteres S. C. decretam, ostendit his uestibus: Consulari uiro domi sua interfecto per infidias seruiles, quas nemo prohibuit, aut prodidit, quamuis nondum concusso S. C. quod supplicium toti familiae nunciabatur. **LECTICARIIS**: Lecticari fuere serui, uel qui lecticam gestabant: unde, Octophorus Anicianus, ep. 9. lib. 2. ad Q. Fr. uel qui fabricarentur, ut pro Amerino: Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios. Imperatorum tamen aetate, lecticarij non serui, sed liberti fuere: quod hic lapis Romae, trans Tiberim, ad D. Caeciliae, declarat. **D I S . M . T I .** Claudio. Aug. lib. Tigrano. ex. corpore. lecticariorum. Caecilis. v i x. Annis. I XXXV. M. Licinius. Atmetus. & Sextia. Felix. Benemerenti posuerunt. Hunc ut fabrum potius, quam qui lecticas ferret, fuisse putem, facit illud, Ex corpore; quod uidetur ad artifices pertinere. Vnde alibi:

Corpus. Lenunculariorum. Auxiliariorum; Ostiensium.

Corpus. Custodiarij.

Corpus. Dendrophororum.

Corpus. Tignuariorum.

I N T R A urbem } quod Solonis lege uetitum Romani postea transtulerunt in duodecim tabulas. Cicero lib. 2. de Leg. In urbe ne sepelito, ne ueirito. Pausanias quoque sepulera multa extra urbem posita, urbanum nullum commemorat. **I N . Q V O** nellemus gymnasio } cum tria essent, ut ait Suidas, οὐρανος, κυκλοπεια, ακαδημια. **G Y M N A S I O** Academae } in quo docuerat Plato. nomen accepit, Laertio teste, ab Academo heroe, uel, si Hesichio creditus, a lauacro prope positio. Gymnasia uero dicta, quod in ijs luctarentur nudi: quam exercitationem palaestram uocant. multis enim annis inuenta esse gymnasia, ante quam philosophi in ijs garris cooperant, auctor est Cicero lib. 2. de Orat. postea placuerunt alio loco philosophis, in quibus de quo uellent scientiae genere disputarent. Sed Academiam Plato, Lyceum nobilitauit Aristoteles. Vitruvius lib. v. cap. 11. exhedras etiam constitutas ait, cum sedibus, ubi philosophi, & rhetores disputare possent. **C O L L E G I O**, } collegij cauila: quia consules una fuerant. **P R O P I N Q U I T A T E**, } Propinquitas modo generale nomen est, id est, cognitionis, & affinitatis commune: modo cognitionem propriæ significat. Commune nomen est, ut lib. de Amicitia: Ciues potiores sunt, quam peregrini, & propinqui, quam alieni. De Fin. lib. III. Velle belle audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam uiris. Pro Quintio: Si pietate propinquitas colitur: qui affinem prodit, impius sit, necesse est. Cognitionem designat, ut ep. 13. lib. 2. Liberis, propinquis, affinitibus. Et in oratione pro Plancio: Cum illo maximis uinculis propinquitatis, & affinitatis coniunctus. Et Caesar lib. 2. bell. Gall. Propinquitatibus, affinitatibusq. coniuncti.

Argumentum ep. 13.

PRimum cauillas exponit, cur antea non scripserit: secundo loco finem ei pollicetur ex sulijs sui, ducta coniectura e Caesaris animo, ex eorum sermone, & sensu, qui apud ipsum plurimum ualent, ex uulgi uoluntate, ex ipsa reprehensione ad eius salutem propensa: tum ad eam officij partem, quam uetus amicitia, mutuaeque benevolentiae iura postulant, conuersus, uoluntatem suam duplice promisso ostendit, in redditu primum ei confiendo, deinde in re sua familiari communicanda. Postremo, ut secundam fortunam speret, aduersam aequo animo ferat, & hortatur, & obsecrat. Totam moralis epistola, scripta C. Caesare 111. & M. Aemilio Lepido cos. anno. DCCVII. De Nigidio ipso, quae legendo animaduertimus, haec sunt. Scripsit libros de animalibus, ut ostendit lib. 111. Macrobius: & Plinius bis, lib. XXIX. cap. 4. & 6. eius utitur testimonio: librum de extis, ut in Gellio lib. XVI. cap. 6. legimus: commentarios grammaticos, ut idem Gellius lib. XIX. cap. 14. & Nonius prodidere. interpretatus est comoediis Terentij, teste Donato. uidetur etiam scripsisse de deis, quantum ex Arnobio licet coniicare: qui eius testimonio in mentione Matris deum, Ne-

Z. ptuni,



ptuni, Apollinis, & Iouis utitur lib. III. Haec de scriptis: de doctrina subiungam. Gellius Varronem, & Nigidium doctrinarum culmina lib. xix. cap. 14. appellat; & idem lib. xiiii. cap. 24. in disciplinis doctrinarum omnium praecellentem nominat; & lib. iv. cap. 9. hominem iuxta M. Varronem doctissimum; Macrobius autem maximum rerum naturalium indagatorem, lib. III. idem lib. vi. hominem, omnium bonarum artium disciplinis egregium. Seruius quoque Honoratus haec de eo tradidit: Nigidius Figulus solus post Varronem: licet Varro praecellat in theologia, hic in communibus litteris: nam uterque utrumque scripsierunt. Nonius quoque, Nigidius, inquit, studijs bonarum artium praeclarissimus. Nemo tamen illud melioribus extulit laudibus, quam Cicero ipse, idem eius amicissimus. nam in prooemio libri de Vniuersitate, Fuit, inquit, uir ille cum ceteris artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus, tum acer inuestigator & diligens earum rerum, quae a natura inuolutae uidentur. denique sic iudico, post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina exstanta est quodam modo, hunc exstiffe, qui illam renouaret. Suettius ait illum, cognita hora, quanatus erat Augustus, affirmasse, dominum terrarum orbi natum.

Cicero S. D. P. Nigdio Figulo. 13.

QUAE RENTI mibi iam diu, quid ad te posissim
mum scribebam, non modo certa res ulla sed ne
genus quidem litterarum uisitatum ueniebat in
mentem. unam enim partem, & consuetudinem eam
epistolarum, quibus secundis rebus uti solebamus, tem
pus eripuerat: perfeceratq. fortuna. ne quid tale scribere
possem, aut omne cogitare, relinquebatur triste quod
dam, & miserum, & his temporibus consentaneum ge
nus litterarum. id quoque desiebat me: in quo debebat
esse aut promissio auxiliū alicuius, aut consolatio doloris
tui. quod pollicerer, non erat. ipse enim, pari fortuna abie
ctus, aliorum opibus casus meos sustinebam: saepiusq.
mibi ueniebat in mentem, queri, quod ita uiuerem, quam
gaudere, quod uiuerem. quamquam enim nulla me ipsum
priuatim perculit insignis iniuria; nec mibi quid
quam tali tempore in mentem uenit optare, quod non
ultra mihi Caelar deculerit: tamen nihil minus eis con
ficio curis: ut hoc ipsum, quod maneam in vita, peccare
me existimem: careo enim cum familiarissimis multis,
quos aut mors eripuit nobis, aut distractit fuga; tum om
nibus amicis, quorum benevolentiam nobis conciliarat
per me quandam, te socio, defensa resp. uersorq. in eorum
nausfragijs, & bonorum direptionibus: nec audio solum,
quod ipsum esset miserum, sed etiam id ipsum uideo, quo
nihil est acerbis, eorum fortunas dissipari, quibus nos
olim adiutoribus illad incendium extinximus: & in
qua urbe modo gratia, auctoritate, & gloria florimus,
in eamne ipsi quidem omnibus caremus: obtinemus ipsis
Caelaris summam erga nos humanitatem: sed ea plus
non potest, quam uis, & mutatio omnium rerum, arque
temporum. itaque, orbis ipsi rebus omnibus, quibus &

natura me, & uoluntas, & consuetudo assueferat;
cum ceteris, ut quidem uideor, tum mihi ipse displico.
natus enim ad agendum semper aliquid dignum vivo,
num non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne
cogitandi quidem: & qui antea aut obscuris hominibus,
aut etiam fontibus opitulari poteram; nunc P. Nigdium,
uni omnium doctissimo, & sanctissimo, & maxima quon
dam gratia, & mihi certe amicissimo, ne benigne quidem
polliceri possum. Ergo hoc eruptum est litterarum genus.
Reliquum est, ut consoler, & afferam rationes, quibus
te a molestijs coner abducere. at ea quidem facultas, vel
cui, vel alterius consolandi, in te summa est, si umquam
in illo fuit. itaque eam partem, quae ab exquisita qua
dam ratione, & doctrina proficitur, non attingam,
tibi totam relinquam, quid sit forti, & sapienti homine
dignum, quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta
tua uita, quia studia, quid aries, quibus a pueritia flo
rui, a te flagitant, tu uidebis. ego, quod intelligere, &
sentire, quia sum Romae, & quia curio, attendoque, pos
sum, id tibi affirmo, te in istis molestijs, in quibus es hoc
tempore, non diutius futurum; in ijs autem, in quibus
etiam nos sumus, fortasse semper fore. uideor mihi per
spicere, primum ipsius animum, qui plurimum potest,
propensum ad salutem tuam. non scribo hoc temere, quo
minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curio
sior. quo facilius, quibus est irato, respondere tristius
possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum.
familiares vero eius, & iquidem, qui illi incundissimi
sunt, mirabiliter de te & loquuntur, & sentiunt. Ac
cedit eodem uulgi uoluntas, uel potius consensus om
nium. etiam illa, quae minimum nunc quidem potest,
sed

sed posse necesse est, resp. quascumque uires habebit, ab ijs ipsis, quibus tenetur, de te propediem, mihi crede, impetrabit. Redeo igitur ad id, ut iam tibi etiam pollicear aliquid: quod primo omiseram. nam & complector eius familiarissimos, qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt: & in ipsis consuetudinem, quam adhuc mens pudor mihi clausit, insinuabo: & certe omnes uias perseguar, quibus putabo ad id, quod uolumus, peruenire posse. in hoc toto genere plura faciam, quam scribere audeo. Cetera, quae tibi a multis prompta esse certo scio, ame sunt paratissima. nihil in re familiarium mea est, quod ego meum malum esse, quam tuum. hac de

re, & de hoc genere toto hoc scribo parcus, quo te, id quod ipse confido, sperare malo, te esse usurum tuis. Extremum illud est, ut te horter, & obsecrum, animo ut maximo sis; nec ea solum memineris, quae ab alijs magnis uiris accepisti, sed illa etiam, quae ipse ingenio, studioq. peperisti. quae si colliges; &fferabis omnia optime; & quae accident, qualiacumque erunt, sapienter feres. Sed haec tu melius, uel optime omnium. Ego, quae pertinere ad te intelligam, studiofissime omnia, diligenter tamenq. curabo; tuorumq. tristissimo meo tempore memoriorum erga memoriam conseruabo. Vale.

EXPLANATIO

NON. MODO certares illa, i. alij, Nulla, mihi, illa, placet. sequor. n. & meos ueteres nouē libros, & sententiam ipsam, atque ēt consuetudinē latīnae linguae. Non modo certa res illa, dixit, pro. Nedū certa res illa: ut ad Lentulum ep. 9. lib. 1. Non modo priemis, sed ne periculis quidem compulsus ullis ad eorum causam me adiungereim. Quo loco plura huius generis exempla collegimus. Tantum, inquit, abest, ut mihi certa res illa, ut ne genus litterarū uenerit in mentē. V N A M partem, & genus litterarum familiare, & iocosum, ep. 4. lib. 2. A V T promissio auxilij alicuius, aut consolatio doloris tui; & eandem sententiam repetiuit ep. 10. & 13. lib. vi. P A R I fortuna; uterque enim, Pompeij partes secutus, Caesarem offendebat. Atque hoc ipso quaedam uidetur esse consolatio: leuat enim dolorem fortunae societas. C A S U S meos sustentabam: & exciderat statu illo, in quo eum industria sua, perpetua q. in rem. merita collocarent: nunc sustentari se dicit aliorum opibus, id est eorum auctoritate, & gratia, quos, ueteri sibi necessitudine coniunctos, plurimum, ob uictoriae societatem, posse apud Caesarem intelligebat. hi porro erant, potissimum, Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Postumius. ep. 12. lib. vi. Eadem translatio est, Sustentare casus, & Sustentare cadentem. Q U E R I, quod ita uiuerem, & eadem sententia in ep. 3. lib. vi. Ita uiuere, ut non sit uiuendum, miserum est. Et in ep. 3. lib. vii. Vbi non sis, qui fueris, non esce, cur uelis uiuere. P R I V A T I M & publica enim Cicero concidit calamitate. E I S conficior curis; & quas significauit in eo, queri quod ita uiuerem: ob exitium recip. H O C, I P S U M, & non modo in alijs rebus, sed in hoc ipso, quod maneam in uita: in quo peccare tamen mihi uideor. cur enim, cum occideret resp. ipse uiuam? Quaerit diuus Augustinus in libro, sane non contemnendo, quem tamen pauci legunt, de Grammaticacur, cum istud, & illud in genere neutro dicimus, non item dicamus Ipsud, sed Ipsum. Quaestionem soluit hoc modo. antiqui enim magis, Ipsus, dicebant in nominativo singulari, generis masculini, quam Ipse. hanc antiquitatis rationem attendentes artis scriptores pronomen hoc ad formam nominis transtulerunt: ut, quo modo in nomine, iustus, iusta, iustum, dicimus, & perfectus, perfecta, perfectum, sic & hoc pronunciaretur pronomen, ipsus, ipsa, ipsum, non ipsud, quo modo istud, & illud. P E C C A R E me existimem. & ep. 1. lib. xv. Peccasse mihi uideor, qui a te discesserim. M O R S & perierant, Pompeius, P. Lentulus, M. Cato, alij praeterea multi, Ciceronis familiarissimi. F u g a; & fugerant, post Africanum bellum, in Hispaniam ad Pompej liberos multi. Potest & de M. Marcellio accipi, qui se, uicto in Pharsalia Pompeio, Mitylenas contulerat: atque etiam de ipso Nigidio, deq. alijs, qui, desperata uictoria, exsulare maluerant, quam belli civilis extrema persequ: ad quos exstant in his libris consolatoriae Ciceronis epistolae. A M I C I S, & licet non familiarissimis. Q U O N D A M, & ipso consule, cum patefacta, & oppressa Catilinac coniuratio est. T E . S O C I O, & tribus caussis Nigidium diligit, ob studium in rem. ob doctrinam, ob eius in se merita, quae memorat in epistolac clausula: idq. Plutarchus in Ciceronis uita comprobat his uerbis: ὅμοιως πρόπλοιος Νιγίδος φταπλέσαι, καὶ μεγάπαρα τὰς πολιτικὰς ἐχεῦτο πράξαις. Idemq. in opusculo, Εἰ προθυτέρω πολυτύπεον, sic ait: Κινέσων αὐτὸς ὡμολόγηται, τὰ πάλλια, καὶ μέγιστα συμβολευμάτων, οἷς ὁρθῶς ἐντατθεων παρθεδίετως, μετα ποτπλοιος Νιγίδης φιλοσόφης οὐθενάναι. R E S P. & quae ciues omnes, sui studiosos, benevolentia coniungit, licet non omnes familiaritate. N A U F R A G I I S, & fortunatum. subiunxit enim, Eorum fortunas dissipari. sic ad Lentulum ep. 9. lib. 1. Naufragia rei familiaris: pro Rabirio perd. reo, Naufragia fortunarum. Q U O . N I H I L est acerbus, & sic ad Torquatum ep. 1. lib. vi. Oculi augent dolorem, qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere a miserijs cogitationem sinunt. Et ad eundem ep. 4. In omnibus malis miserius est uidere, quam audire. E O R V M fortunas disspari, & Naufragia, dixit proxime. I L L V D. I N C E N D I V M & Catilinac coniurationem: qua, tamquam aliquo incendio, nisi nos opem tulissemus, resp. desflagrasset. V I S, & cum, in summa Caesaris humanitate, frui tamen ueteri gratia, auctoritate, gloria non licet. Notanda Ciceronis prudentia, qui, cum euersam rem. queratur, Caesarum culpā liberat. quo etiam uititur artificio. ep. 4. Nec id, inquit, uictoris uitio, quo nihil moderatus, sed ipsius uictoriae uitio, quae civilibus bellis semper est insolens. Et ep. 9. Multa uictori corū arbitrio, per quos uicit, etiam iuinito facienda sunt. Et ep. 10. lib. vi. Inuiriā temporum, non Caesaris, appellat. L I S . R E B Y S omnibus, & quas agere, cum florere gratia, auctoritate, gloria, consueneram.

Vr. QVIDEM uideor, } ideo ceteris uideor disPLICERE, quia careo rebus ijs omnibus, quibus &c.
 SONTIBVS } nam & nocentibus open interdum tulit eius eloquentia. QVI D sit fortis & sapienti
 homine dignum, } in laude latet admonitio. IN IIS autem, } in communibus: quod quidem con-
 solationis genus quoddam est: nam propriae magis angunt. propria uero Nigidij miseria erat, carere pa-
 tria, suorumq. conspectu: de quo dixit Cicero, In quibus es hoc tempore. FORTASSE semper } ue-
 re uaticinatur, numquam enim postea libertatem resp. recuperavit. QVI plurimum potest, } Caesar,
 quem significauit ijsdem uerbis ep. 10. lib. vi. aliter autem ep. 7. huius libri, Penes quem est potestas: &
 aliter quoque ep. 8. 9. NON scribo hoc temere, } sic ep. 7. lib. 2. QVIBVS est irator, } propter
 bellum in Africa renouatum. ep. 13. lib. vi. Africanae caussae irator, diutius uelle uidetur eos habete sol-
 licitos. RESPONDERE tristius } ueniam peccantibus negare. POSSIT neceſſe eſt, } non
 enim iacere perpetuo potest: & omnino uires aliquas recuperabit. ep. 10. lib. vi. QVI me admodum di-
 ligunt, } idem scripit ad Caecinam lib. vi. ep. 7. ad Balbum ep. 12. eiusdem libri, ad Ligarium ep. 14.
 ibidem, ad Gallum ep. 24. lib. vii. ad Paetum ep. 20. lib. ix. MEVS pudor } & hic superbiae cul-
 pam remouet a Caſare. INSINUABO: } pro, insinuabor: arte quadam aditum mihi aperiam ad in-
 timam eius familiaritatem. In Verrem lib. iii. Videtis, ut moneat Apronius, quibus rebus, ac muneri-
 bus insinuat in familiaritatem Metelli, quem locum esse depravatum nonnulli, fortasse hoc loquendi genere
 offensi, existimarent. De orat. iiib. 1. Quod ita hati essemus, ut & blandiri, & suppliciter insinuare ijs pos-
 semus, a quibus esset petendum. Et Liuus lib. xl. Fraudis humanae insinuauerat suspicio animis. Quae
 si quis omnia mendosa putat, Virgilium ita canentem audiat:

Tum uero tremefacta nouus per pectora cunctis

Insinuat pauor.

Quo loco, Insinuat, pro insinuatur, ait Seruius.

PERVENIRE posse. } Me, subauditur. TVIS. } fortunis. VT te horter, & obsecrem, } nihil
 muto, sic enim in octo uetusſiſimis exemplaribus inueni. aliorum tamen lectionem non improbo: etiā
 in libris scriptis ipſe quidem nondum inueni. ACCEPISTI, } cum eorum scripta legeres. TRI-
 STISSIMO meo tempore } cum electus a Cludio exſularē.

Argumentum ep. 14.

VIcto in Pharsalia Pompeio, Cicero, desperata reip. cauſſa, in Italianam
 reuertit; ueniaq. a Caſare impetrata, non illa quidem pristinam di-
 gnitatē, ac libertatem loquendi recuperauit, sed humanissime tamen ac
 liberaliſſime cum ab ipſo Caſare, tum uero ab eius maxime amicis, ac fa-
 miliaribus tractatus eſt. eo tempore dimiſſa Terentia, Publiliam uirginem
 uxorem duxit. utrumque igitur binis litteris gratulatus erat Plancius, de
 dignitate recuperata, deq. nouis nuptijs. ijs litteris Cicero respondens, mul-
 lam sibi pristinæ dignitatis relictam eſſe partem ostendit, eoq. redactam eſ-
 se rem. ut uel seruitus impendeat, si Caſar in Africa Pompeianos uincat,
 uel caedes, si uincatur. De nuptijs autem, quod, absente ſe, rem domesticam
 Terentia male curasset, ſibiq. a suis insidiae tenderentur, ideo ſe cogitaffe
 ait, ut nouae necessitudinis fidelitatem quaſi praefidum haberet contra uete-
 rum perfidiam. Tertio loco, ut exſulantem conſoletur, nihil ei, praeter com-
 munem fortunam, timendum conſirmat: ſe quidem opera, confilio, ſtudio,
 eius rei, famae, ſaluti praefato futurum. Postulat in extremo, ut de ſuo ſtatu,
 ſuisq. consilijs diligentissime ſignificet. Moralis epiftola, scripta Caſare III.
 M. Lepido cos. cum in Africa bellum gereretur.

Cicero S. D. Cn. Plancio.

14.

BINAS ate accepi litteras, Corcyras datas: qua-

nelle, quae egiſsem, bene, ac feliciter eueniſe. Ego autem,
 si dignitas eſt bene de rep. ſentire, & bonis uiris probare,
 quod ſentias; obtineo dignitatē meanū, ſin autem in ei
 dignitas

dignitas est, quod sentias, aut re efficere si possis, aut denique libera oratione defendere: ne uestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis: agiturq. praeclare, si nosmet ipsos regere possumus; ut ea, quae partim iam ad sunt, partim impendent, moderate feramus: quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte caedem ostentat, ex altera seruitutem. quo in periculo non nihil me consolatur, cum recordor, haec me tum uidebam, cum secundas etiam res nostras, non modo aduersas pertinecebam; videbamque, quanto periculo deire publico disceptaretur armis: quibus si ij uicissent, ad quos ego pacis spe, non belli cupiditate adductus, accesseram; intelligebant tamen, & iratorum hominum, & cupidorum, & insolentium quam crudelis esset futura uictoria: sin autem uicti essent, quantus interitus esset futurus ciuium partim amplissimorum, partim etiam optimorum: qui me haec praedicentem, atque optime consulente saluti suae, malebant nimium timendum, quam satis prudentem, existimari. Quod autem mihi de eo, quod egerim, gratularis: te ita uelle, certo scio: sed ego tam mi-

sero tempore nihil noui consilij cepisse, nisi in reditu meo nibilo meliores res domesticas, quam rem. offendisse. quibus enim pro meis immortalibus beneficijs carissima mea salus, et meae fortunae esse debebant; cum propter eorum scelus nihil mibi intra meos parietes tumultum, nihil infidus uacuum uiderem; nouarum me necessitudinum fidelitate contra ueterum perfidiam munierum putau. Sed de nostris rebus satis, uel etiam nimium multa. De tuis, uelim, ut eos animo, quo debes esse, id est ut ne quid tibi praecepue timendum putas. si enim status erit aliquis cinitatis; quicumque erit, te omnium periculorum video expertem fore. nam alteros tibi iam placatos esse intelligo, alteros numquam iratos fuisse. De mea autem in te uoluntate sic uelim indices, me, quibuscumque rebus opus esse intelligam, quamquam uideam, quis sim hoc tempore, & quid possim, opera tamen, & consilio, studio quidem certe rei, famae, saluti tuae pretesto futurum. Tu, uelim, & quid agas, & quid acturum te putas, facias me quam diligentissime certiorem. Vale.

EXPLANATIO

OBTINERE; } cum in urbem, post Pharsalicam pugnam, reuertisset. **E**VENIRE. } de Publiliae matrimonio, quam sexagenarius uirginem duxit, dimissa Terentia, quia rem domesticam, ipso absente, negligenter administraverat; praeter alias causas, quae commemorantur a Plutarcho. Quintilianus lib. vi. cap. de risu, cum Cicero obiurgaretur, quod uirginem iam senex duxisset, respondisse ait, Cras erit mulier. **Hoc & Q.** Fufius Calenus ei, ut lib. xlvi. Dio narrat, in oratione sua obiecit. Sed & hanc, quia Tulliae morte laetari uideretur, ab eo dimissam, ijdem Plutarchus, & Dio prodiderunt. Publiliae nomen fuisse, ex epistolis ad Att. accepimus. **R**EGERE } ne tantis oppressi malis concidamus. apta translatio, ob ea, quae sequuntur. **A**D SVNT, } quae nunc sustinemus. **I**M PENDENT, } quae uitari non uidentur posse. sic ad Varronem, ep. 1. lib. ix. Et ea, quae premant, & ea, quae impendeant. **B**ELLO, } Africano: quod Scipio, Pompeij sacer, & M. Cato, fretri Iubae regis auxiliis, renouauerant. **C**AEDEM } caudem a Pompeianis timet, a Caesare seruitutem. ep. 9. An tu non uidebas mecum simul, quam illa crudelis esset futura uictoria? ep. 17. lib. iix. Si timor uestrae crudelitatis non esset; ciechi iam pridem hinc essemus. ep. 6. lib. ix. Si essent nostri potiti, ualde intemperantes fuissent. Ad Att. ep. 6. lib. xi. & Caesar lib. 1. bell. ci. **S**ECUNDAS etiam res nostras, } ep. 21. lib. v. Quamquam multum interficit inter eorum causas, qui dimicant: tamen inter uictorias non multum interfuturum puto. ep. 6. lib. ix. Extremum malorum omnium esse ciuilis belli uictoriam: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos neneramus. **D**E. IVRE publico } ute regnaret, Caesar, an Pompeius. **D**ISCEPTEARE TVR armis: } sic locutus ep. 4. **P**AGIS spe, } ut agerem de reconciliatione Caesaris, & Pompeij. **C**UPIDORVM, } ep. 1. Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. ep. 6. lib. ix. Vidi nostros amicos cupere bellum. ep. 10. lib. xvi. Incidi in ipsam flammanam ciuilis discordiae: cui cum cuperem mederi, &, ut arbitror, possem, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt. & ep. 11. ad Att. lib. iix. Ego me in hac omni causa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus non satisfacere. Et in eadem, in extremo: Ego condicionibus, illi armis disceptare maluerunt. **I**N SOLEN-
TIVM } notam insolentiae Pompeianis inurit, & in oratione pro Marcello: Quoties, inquit, ego cum, & quanto cum dolore, uidi cum insolentiam certorum hominum, tum ipsius uictoriae ferocitatem extimescentem? **C**RVDELIS } dictum est proxime de crudelitate Pompeianorum. **A**MPLISSIMO-
RVM, } hoc refertur ad honores, & dignitatem; nam & consules, & consulares, & magistratus fere omnes Pompeij in castris fuere. **M**ALEBANT } significat maxime L. Domitium, Scipionem, Metellum, L. Lentulum consulem, & alios pugnandi cupidos. ep. 6. lib. ix. Caesar lib. 1. bell. ci. **D**E. EO, quod egerim, } de Publiliae nuptijs. **T**AM misero tempore } cum, uictis in Pharsalia Pompeij partibus, in urbem rediit. **R**ES domesticas, } dimissam ab eo Terentiam ait Plutarchus, quia rem familiarem, ipso absente, male tractasset, aerisq. plurimum alieni contraxisset: quod ut dissolueret, uirginem Publiliam, admodum diuitem, in tutelam sibi traditam, suadentibus amicis, uxorem sibi duxit. **M**EA salus, & meae fortunae } in fortunis uxorem accusat, in salute Quintum fratrem, fratribus filium: qui uehementer illum, post Pharsalicam pugnam, apud Caesarem oppugnarunt, cum se dicentes auctore Marco aduersus illum arma cepisse. ad Att. lib. xi. ep. 5. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 16. 21. **S**CELYS } & hoc in fratrem potius, fratribus filium, quam in uxorem, confertur. Scelus Quinti fratris nominat etiam in ep. 21. lib. xi. ad Att. **N**OVARVM } ob nouas nuptias. **V**ETERVM } notat uxorem, fratrem,

trem , fratri filium . P R A E C I P U E timendum } in ep. sequenti , Ne quo periculo te proprio existimares esse . A L T E R O S } Caesarianos , quos oppugnasti . Q V I D E M certe } si opera , & consilio minus ualebo , studio quidem certe non decreo .

Argumentum ep. ult.

H Ortatur , ut communem fortunam fortiterferat : petit , ut ueterem benevolentiam conseruet : & quod petit , idem de se ipso pollicetur . Moralis . eodem anno .

Cicero S . D . Plancio . 15 .

A CCEPI perbreues tuas litteras : quibus id , quod scire cupiebam , cognoscere non potui ; cognoui autem id , quod mihi dubium non fuit . nam , quam fortiter ferres communes miserias , non intellexi ; quam me amares , facile perspexi . sed hoc scieram ; illud si scisssem , ad id meas litteras accommodasset . sed , tamenetsi anteac cripsi , quae existimauit scribi oportere : tamen hoc tem-

pore breuiter commonendum putauit , ne quo periculo te proprio existimares esse . in magno omnes , sed tamen in communi simus . quare non debes aut propriam fortunam , & praecipuam postulare , aut communem recusare , quapropter eo animo simus inter nos , quo semper fuimus : quod de te sperare , de me praestare possum . Vale .

E X P L A N A T I O

C O M M U N E S miserias , } ex interitu reip . T A M E N E T S I } pro , tametsi . illud enim produc-
ctum , hoc uero contractum . sic locutus in ep. 17. lib. v. ad Att. Nos , tamenetsi hoc te ex alijs audire malo , sic in prouincia nos gerimus . Cicero de petitione consulatus : Quae tamenetsi ita scripta sunt . lib. IIII . de Orat . ex ueteri poeta :

At Romanus homo , tamenetsi res bene gesta est ,
Corde suo trepidat . Catullus :
Quae tamenetsi uno non est contenta Catullo ,
Rara uerecundae ferta feremus herae .

Terentius quoque in Andr . Tamenetsi hoc uerum est . & apud Paullum l.v. Interdum , tit. quod falso tutore auctore gestum esse dicatur : Interdum , tamenetsi scientia noceat , tamen restitutio facienda erit . Carissimus quoque , diligens Latini sermonis obseruator , Tamenetsi , inquit , nulla possit esse regula certior . Ne . Q u o periculo te proprio existimares esse . } in proxima dixit , Ne quid tibi praecipue timendum putas . O M N E S , } qui Pompeium secuti sumus . I N . C O M M U N I } communia uero mala feruntur levius , quam propria . E o animo simus inter nos , } sic amemus inter nos , ut antea . P R A E-
S T A R E } re ipsa efficere .

I N . E P I-



IN . EPISTOLARVM
M . TVLLII . CICERONIS
QVAE
FAMILIARES
VOCANTVR
LIBRVM . QVINCTVM
AD . METELLVM . ET . ALIOS
PAVLLI . MANVTII
COMMENTARIVS



Argumentum ep.I. lib.V.

VERITVR Metellus Celer, qui praetor anno superiore
fuerat Cicerone consule, & in Galliam ex praetura pro-
consul iuerat, Metellum Nepotem, fratrem suum, a
Cicerone in senatu oppugnatum. Moralis est epistola,
D. Iunio Silano, M. Licinio Murena cos.

Q. Metellus Q. F. Celer procos. S. D.

M. Tullio Ciceroni.

IVALES, bene est. Existimaram. pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, neque me absentem lndibrio laesumiri, nec Marcellum fratrem, ob dictum, capite, ac fortunis per te op pugnatum iri, quem si parum pudor ipsius descendat; uel familiæ debebat nostræ dignitas, uel meum studium ergo nos, remq. pub. satis sub leuare. nunc video illum circumuentum, me desertum a quibus minime conueniebat. itaque in luctu, et squalore sum, qui prouinciae, qui exercitui praesum, qui bellum gero. quae quoniam nec ratione, nec maiorum nostrorum clementia administratis: non erit mirandum, si nos paenitebit. Te tam mobili in me meosq. esse animo, non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria a yep. abducet. Vale.

EXPLA-

